

PAULI à GHEMMENICH
CARMEN JOCOSERIUM
ET
CARMINA MISCELLANEA,

MET DE

NEDERDUITSCHE VERTALING

VAN

JOHAN SANDE.


TWEEDE UITGAVE.



Te *LEEUWARDEN*,
Ter Drukkerye van H. A. DE CHALMOT, 1766.

TYPOGRAPHUS

LECTORI BENEVOLO S.

*N fine ſuperioris ac initio hujus currentis ſaeculi floruit in hac noſtra Friſia Poëta incomparabilis* PAULUS *à* GHEMMENICH, *qui mon modo illorum Poëtarum, qui tunc erant, gloriam, verum etiam antiquitatis memoriam ingenio ac lepore ſuperavit. Si enim Heroica ejus legere lubet, Virgilium, ſi Elegiaca, Ovidium vel Propertium, ſi Lyrica, Horatium te legere diceres. Fuit praeterea Juris Conſultus eximius, ac inter cauſarum Patronos in Suprema Friſiorum Curia nulli ſecundus, ad Comita Patriae Delegatus, & amplis honoribus ornatus. Quantopere autem in arte Poëtica excelluerit Vir nobiliſſimus vel inde colligi poteſt, quod ob carmen in laudem Romani Regis* JOSEPHI *expugnato Landavio ab Auguſtiſſimo Imperatore* LEOPOLDO, *aequiſſimo harum rerum aeſtimatore, in numerum Equitum Nobilium Regni Hungariae receptus ac cooptatus ſit, attributis ipſi*

ab eâdem Caesarea Majestate novis armis gentilitiis, quae omnia latiùs apparent ex splendidissimo ac vere Regio Diplomate ab Imperatore LEOPOLDO *in hujus rei fidem die vigesimo secundo Februarii Anni millesimi septingentesimi tertii ipsi misso, quodque ab Heredibus Viri Nobilissimi Harlemi servatur. Cum autem Nobilissimi hujus Poëtae carmina rara in his oris esse inciperent, ac inprimis illud, quod inscripsit* Poëma Jocoserium, *per quatuor anni tempestates ab ipso digestum, ac superioris seculi anno nonagesimo nono Leovardiae impressum cum versione haud illepida Belgicae Poësios, confecta â Viro nullatenus inter ultimos Belgicos Poëtas locando JOANNE SANDE ICto ac causarum Patrono in eâdem Frisiorum Curia Suprema inter octo Seniores, qui amicitiae vinculo Poëtae nostro fuit conjunctus. In hoc Poëmate, quasi ludibundus, salse ac lepide admodum deridet Nobilissimus Poëta saeculi sui mores ac vitia, & homines quosdam certos, atque eo tempore notissimos, idque tam venuste ac verbis adeo oppositis, ut miraculi instar sit, in uno homine tantam fuisse copiam atque abundantiam verborum & rerum omnia vocabulis Latinis maximam partem aureae aetatis summa elegantia ac sale lepidissimo exprimendi. Hoc Poëma, cum jam auro carum esse*

in-

inciperet, atque in auctionibus publicis insano pretio emeretur, concilium cepi, auctoribus quibusdam Viris Doctis, de novo illud prelo subjiciendi, ac simul addendi quot sparsa hujus Poëtae Egregii carmina nancisci poteram. Plura igitur tam ab Heredibus, quam etiam â Viris nonnullis honoratis Praestantissimi hujus Poëtae carmina ad me delata sunt, quibus omnibus pro hoc beneficio publice hic amplissimas ago habeoque gratias. Hinc jam nata est accessio illa Carminum Miscellaneorum *ejusdem Poëtae, quibus addidi versiones tres Belgica Poësi, quas adipisci potui, licet vehementer addubitem, an reliqua unquam in Belgicum idioma sint translata. Scio plura Nobilissimi Poëtae hic illic extare carmina, verum praeter unum, quod principio caret, illorum copia mihi nondum facta est. Quod si ea in manus meas aliquando inciderint, hisce auctarii loco esse poterunt. Tandem adjunxi carmen lugubre in praematurum obitum illustrissimi Poëtae longiore vita dignissimi Belgicis versibus â supra dicto Intrepete JOANNE SANDE compositum. Quod reliquum est, B. L., errata si quae irrepserint, pro aequitate tua corrigas etiam atque etiam te rogo. Interim graviora ac sensum turbantia in calce annotata maximam partem reperies. His utere, B. L., ac nobis fave.*

VOORREDEN van den VERTAALDER, tot den LEEZER.

INdiengе de moeite neemt van deeze afzetſels nauwkeurig met haare oorſpronkelijke te paren, zultge mogelijk bevinden, dat in de eerſte, op eenige plaatſen, meer dan in de laatſte gezegt wordt. De reden is, om dat de ſchrandere Vinder van het *Origineel*, na de vertaling, en wijl het werkje reeds onder de pers zweette, hier en daar niet alleen veel verandert, maar ook zelfs, volgende de rijkheidt ſijner invallen, zomtijds een en meer Verſen heeft ingevlijd. Ons beſtek daarom geheel te verhandſelen was der pijne niet waard, ſchoon de tuſſchenlaſſing ons grooter moeite, als de eerſte overzetting gekoſt heeft. Deeze is zo kortſtondig geweeſt, en zo onrijp ter drukkerij bevordert, zelfs ſonder doorkheede verſtanden in dit ſtuk raad te vragen, hoewel tegens de ernſtigſte leſſe van *Horatius*, in ſijn dichtkonſt: *ſi quod tamen olim ſcripſeris, in Meci deſcendat judicis aures, in patris & noſtras, nonumque prematur in annum*, datwe 't u nauwelijks durwen zeggen. Hebtge nu oit de Zang-Godinnen, met oud Roomſche en Nederduitſche deun, ſlechts heuſchelijk aan den drempel gegroet, het is zeker, dat ze u niet zo onkundig hebben afgevaardigt, ofge zult weten, dat men in een Latijnſch ſes-matig vers gemakkelijk een kan invoegen, en datge daar en tegen, in ons moeder-ſprakelijkdicht van dien aart, noodſakelijk twee om den rijm te houden, en vier, om *ſlepende* en *ſtaande* trant op elkander te doen ſlaan, moet gebruiken: in welk vierling, als de ſtijl wederzijds evenredig is bij gevolg meer als in dat eenige moet gezegt worden. Het fijn-ziftig onderſcheid tuſſchen V en F hebbenwe niet willen volgen, ſchoon de redenen, die 'er deſſelfs gebruikers van geeven, ons niet onbekend zijn. Nu en dan hebbenwe de E en O geſtreept, nabootzing van *Nil volentibus arduum*, die ons eerſt vleijde, als uit noodſaaklijkheidt: om dat men geenzins kan hooren, dat die Klinkers in onſe taal daarom te hooger, te laager, of te grover geluid geeven. Is onze ſpelling zich doorgaans ook niet nauwpuntig gelijk, zulks is eer uit een vergeevelijcke onachtzaamheidt, als wanheugenis geſchiedt. Wij hebben 'er ons te minder meê willen pijnigen, om datwe tot noch toe niet vinden, dat de groote Meeſters in dit ſtuk op vaſte gronden overeenkoomen. Wegens ſtijl, rijm, en de waare zin van ons voorſchrift getroffen te hebben, zijnwe weinig bekommert. Als maar onze vereiſchte inlaſſingen voegelijk geplaatſt, en noodige overgangen wel gelegt zijn, hebben we ons oogwit bereikt. Bemerkenwe, dat u deeze vier deeltjes behaagen, kunt gij eerlange vier anderen bij na van diergelijke ſtoffe, en van de zelve pennen te gemoet zien. Inmiddels beveelenwe u wel te vaaren.

J. SANDE I. C.

VER
SIVE
PARS PRIMA
POEMATIS JOCOSERII
IN
QUATUOR ANNI PARTES.



LENTE
OF
EERSTE DEEL
VAN
JOK EN ERNST
OP DE
VIER GETIJDEN DES JAARS.

BELLIS HOMUNCULIS,

QUIBUS

DE MELIORE LUTO FINXIT PRÆCORDIA TITAN,

HOC SUUM POEMATION SACRUM VULT

AUTOR.


Risiacæ specimen Musæ, facilisque Camœnæ,
Et mores populi, Lector amice, vides.
En primam ex quatuor partem præmittimus anni,
Addemus reliquas, si modo prima placet.
Si præmissa placent, dabimus Tibi plura farinæ


Ejus-

DE BRAAVE BORSTEN,

Die Apóllo heeft gesticht Uit béter Leem, Hén wijdt

THALIA

Dit Gedicht.



Ier siet ge op luchten trant de Friesche Sangheldin
't Belachchelijk gedrag des Volks blijmoedig speelen
In 't Eerst Bedrijf, de Lént: des Jaars drie and're Deelen,
Die sullen vólgen, is slechts 't Eerste na uw' sin.
Behaagt u 't Voorspél, sy sal u nóch meerder geeven

 Van

Ejusdem, innocuis seria mixta jocis.

Non Curiis canimus, nec nostra Catonibus apta
Carmina; nos hilares Musa jocosa juvat,
Suaviter & bellos inter ridere sodaleis,
Sique datur, genio liberiore frui,
Non tamen omninò rugosas ordine frontes
Negligimus; nobis & grave Musa sonat.
Utile si quid in his, si deléctabile quicquam,
Grande mihi punctum jure tulisse putem.
Sin minus hæc placeant; bene habet; nihil usque moramur:
Cuique suum arbitrium, & libera vota damus.
Pro lusu nobis sunt carmina; pluris haberi
Nolumus; his, Lector, lude legendo, Vale.

VER.

Van 't ſelve ſlag; ſy diſcht u Ernſt en Kluchten op,
Doch neurjet voor geen ſtuirſch-en nórs gefronsde kóp
Van Cato, of Curius, maar wil in vreugde leeven;
Wil minſaam boerten mét een édelaardig Vrind,
Wanneer gelégenheid haar' geeſt noopt tót vermaaken;
Niet datſe 't déftige, én het ſtaatige wil wraaken,
Wyl ſy ook haar toon, en tong in Ernſt ontbind.
Verméngtſe nu 't Vermaak, én 't Nut mét eenig oordeel,
Dan is 't, dat ſy de punt van 't waare doel beſchiet;
Behaagtſe min, 't is wel; ſy kreunt haar dés ook niet:
Elk hebb' ſijn keure vry: Thalia ſoekt geen voordeel,
Of achting door dit dicht, ſy houdt het ſélf voor ſpél,
Doet ook zo, als gy 't leeſt, Mijn Leezer, en vaart wel.

V E R.

Sive

Pars Prima

POEMATIS JOCOSERII

In

QUATUOR ANNI PARTES.



DIcite, Piërides, quæ causa, quod intus & extra
Omnia stultorum sint plena, quod oppida, campi
Hoc scateant hominum genere? an quia ludere rerum
Naturæ visum est jucundius, & tot ineptos
Conatus, nugas, vanosque vidére labores,
Quam grave Romani lumen, frontemque Catonis?
An quod Democriti placuit magé vultus, & ora
Assiduò stolidos hominum ridentia mores;
Quam tua perpetuo stillantia lumina fletu
Heraclite? sit Hoc tantum mihi nemo negabit,
Quenque suos patier manes; sua quemque voluptas

De-

LENTE.
Of
Eerſte Deel.
Van
JOK EN ERNST
Op de
VIER GETIJDEN DES JAARS.



AYſég, mijnSangheldin, hoe't wijd,en grootHeel-Al
Soo vol des ſótheidts is, én Gékken ſonder tal?
Waarom de waereld met haare uitgeſtrékte deelen
Van ſulke krielt? had Vrouw natuur meer luſt te ſpeelen
In 's menſchen ydel, dul bedrijf, eu dweepery,
Hunn' dwaaſe poogingen te ſien, en ſótterny,
Als het gefronsde hoofd van Cato den Geſtrengen?
Of was haar meer vermaak het weezen te gehengen
Des menſch belachenden, en vrool'ken Democryt,
Als het betraand gelaat der huilende Heraclyt?
Het zy zo. Dit alleen ſal niemant my ontkennen,
Dat élk beheerſcht werdt door ſijn' ſwakhêen,ſich laat wennen
Aan ſijne luſt, en vólgt daar die hem heene tiékt

Als

Deliciæque trahunt, quamvis ratione carentes;
Et diverſa placent diverſis partibus anni
Ludicra, ne dicam, vanæ deliria mentis.
Terrigenum, pudet heu! tantum eſt in rebus inane.
Bruma abiit, deſævit hyems, & foeta vireſcunt
Paſcua, ſylva comis veſtitur, frondibus hortus;
Et cedit Zephyris Boreas ſpirantibus auram
Ambroſiam, gelidas ſub rupe Favonius umbras
Temperat, ut teneris ſint grata cubilia Nymphis,
Flora ſuum recipit decus, ornamenta juventæ
Vere revernantis verſo, Vere omnia rident.
Najades ad liquidos, depulſo frigore, fontes
Ludunt, umbroſis in montibus errat Oréas,
Purpureas carpunt violas per prata Napææ,
Exercentque choros Dryades ſub tegmine luci,
Quercus ubi, miſſis canis, annoſa ſuperbit
Frondé novà, & tiliæ ſua lata cacumina pandunt,
Nymphæumque cavis quærunt in vallibus amni
Adjectum gelido juvenis cum Phillide Thyrſis;
Quo canat ille ſuos, quo ſanctè juret amores;

Pana

Als rédeloos, en dat een wijſer ſulks begékt:
Want hén behaagen ſtaâg verſcheiden klucht, en ſpélen,
Of liever ſpoorloosheên op élks beſond're deelen
Van 't jaar; mijn Sangnimf ſchaamt ſich datſe in het ontſind
Bedrijf der menſchen zo veel dwaas, en ydel vind.
  De koude heeft uitgewoed, de Winter is verdweenen,
De prille Lénte is ons weer heugelijk verſcheenen,
De vélden werden groen, het kaale woud en hóf
Werdt wéderom bekleed met blad'ren, en nieuw lóf;
De guire Noorder-buy maakt plaatſe voor den zoelen,
En lauwen Weſte-wind; die matigt nu den koelen
Berg-ſchaduw in het dal; zulks het begraaſde land
De téd're Nimfen ſtrékt een lieflijk lédekant.
Flora herneemt haar ſchoonte, en jeugdige ſieraaden;
't Lacht alles in de Lént: de Vliet-Godeſſen baaden,
En ſpeelen vrólijk in de kriſtallijne bron;
De Berg-Nimf huppelt voor het ſteeken van de ſon
In elſen-ſchaduwe; de Woud-Nimf langs de weijen
Plukt ſchoone bloemen; de Boſch-Dryaden ſlaan reijen,
En danſen hand aan hand; het nieuwe, en friſſche groen
Van linde, én eik ſtrekt hén een geurig paviljoen.
De jonge Thirſis gaat met Phillis ſpeelemeijen,
En ſoekt langs eene kreek der diepe berg-valeijen
Een Nimfen-hól, alwaar hij ſingt hoe dat de liefd'
Van haar ſijn téder hart heeft te eenemaal doorgriefd;

Pana vocat teſtem fideï, caſtamque Dianam,
Si modó promiſſos unquam violaverit ignes:
Blandula Phyllis amat ſibi dulcia verba referri,
Nec teneri nolens audit ſuſpiria Thyrſis,
Dum ſua rapta pari ſentit præcordia flammâ.
Inde alibi ridet Mopſi Galathea querelas:
Crudelis Galathea, meum cur ſpernis amorem,
Cur fugis, aut fidum quæ gloria perdere Mopſum,
Quidve levem juvat ingratumque perire Menalcam,
Qui Te, non ſecus ac Tu me, faſtidit amantem?
Heu! muta mores, animum mutato, puella,
Et mutata meos in gaudia verte dolores,
Sis Mopſi, Galathea, tui, non uſque repugnes.
Interea Coridon Amaryllidi millia figit
Baſia, mellifluis quæ dat, recipitque labellis;
Se jove, ſe Phoebo credit magis eſſe beatum,
Æternas jurante ſuas Amaryllide flammas.
Jam calamo laudes Dominæ modulatur agreſti,
Jamque legit flores, nectitque Amarillidi ſertum,
Ova vanellorum quærit, pulloſque tenellos,

Quæ-

De kuifche Jagt-Godin, fégt hy, zy mijn getuige,
Dat ik voor u alleen als minnaar my fal buigen,
Dat Pan, der Hard'ren Gód, my ftraffe wijl ik fpreek,
Zo 'k mijn gefwooren trouw ook immermeer verbreek:
De fchoone Phillis voelt haar' tédere ingewanden
Van eene en félve vlam op 't hévigfte verbranden,
Sulks fy om Thirfis praat haar 't minfte niet verftoort,
Maar fijne klagten met een gunftig oor aanhoort;
Sijn minnefmart ftrékt haar een uiterfte behaagen.
De ftuire Galathé lacht ginder met het klaagen
Van Mopfus, wijl hy fucht, Ach wreede Harderin!
Waarom veracht ge my, die u zo fmoorlijk minn'?
Vliê niet; 't is u geen eer uw' Mopfus te bederven,
Wat hébt ge 'r aan fteeds in Menalcas min te fterven,
Die wufte, die u zo, gelijk ge mij, verfmaad,
En u niet meer, als gy uw' Mopfus, gadeflaat;
Mijn lief! ik bid wilt doch van zéden, en van finnen
Veranderen, verkeer uw' haat in wederminne,
Mijn fmart in vreugde, ei genees mijn liefde-pijn,
Wilt voor uw' Mopfus, én hem niet meer tégen zijn!
De Harder Coridon veel faal'ger ondertuffchen
Geeft fijne Amaril veel duifend lieve kuffen,
Sy drukt hem évenveel met haar' feerpfoete mond,
En voedt in de aderen een diepe minnewond:
Hy 's veel gelukkiger, en houdt fich meer te vréden,

Quæque pipit nido, juvenem ſub gramine alaudam,
Aut pinguem a foetis abducit ovilibus agnum:
Quicquid habet, capit, uni Amaryllidi mittit amator.
Hi Veris læti fructus, hæc otia vitæ
Innocua, his fragilis pedetentim fallitur ætas.
Verum alia eſt hominum dementia, vana voluptas,
Quam ridere juvat, quam fas traducere verſu;
Nam cum tot fatui ſe prodant undique mores,
Credite, difficile eſt ſemper tenuiſſe cachinnos.
Ecce venit ſartor, textor, mercator, aliptes,
Inſulſus molitor, cerdo coriarius, auceps,
Horum cuique ſuus parvus, ſed cultior, hortus,
Floribus inſtructus, ſua ſunt plantaria, curant
Inſigni ſtudio teneros ab origine foetus;
Nec labor iſte gravat, nec ſumptus terret Ineptos,
Spes dubii fallax lucri quodcunque rependit.
Nunc memorare crocos, calthas, violaſque nitentes,
Lilia cum cyanis, lætique roſaria Pæſti,
Quoque illis ſtudio invigilent, quantoque labore,
Non vacat, at major cruciat veſania mentem.

Sar-

Als Phébus, of Jupijn in haare heerlijkheeden,
Wijl dat hem Amaril een eeuw'ge liefde fweert,
Daar hy de lóf fijns liefs met véld-fchalmey vereert:
Nu vlécht hy haar een krans van bloemen, die wel rieken,
Soekt verfche eijëren des Kievijts, of haar' kieken,
Speurt langs de beemd, of aan de kant der waterplas
Den Leeuwrik daar hy tijlpt in 't malfche klaver gras,
Of brengt haar 't fuiglam uit de ftallen van de minne;
Al wat hy grijpt, én vangt is voor fijn' Harderinne.
Dit is 't onnófele bedrijf der blijde Lént,
Waar meê de vlugge tijd alléngskens loopt ten énd.
Doch nu ftaan andere fótheeden te verhaalen,
Wel waard dat menfe in dicht belachche, en daar op fmaale;
Want wijl de gekken, en haar' dwaasheen over al
Sich opdoen in een fchier onnoemelijk getal,
By Burg'ren, Lien van ftaat, by Jongen, en by Ouden,
Gelooftme, valt het fwaar van lachchen fich te onthouden.
Siet hier een Snijder, en een loofen Vógelaar,
Een Koopman, Kruidenier, én dwaafen Mólenaar,
Den Weever, en die 't leer én lakenen bereyden;
Elk heeft een kleine tuin in perken nét gefcheyden,
Met rijk gebloemt verfiert, daar hy de ted're plant
Sorgvuldig aankweekt uit het faad met eigen hand;
Geen kófte, en arrebeid fal deefe Maats verveelen,
Hoop op onfék're winft kan alles rijklijk heelen:

Sartor acum rejicit; ſutrina relicta magiſtrum
Reſpicit abſentem; quæſtus mercator honeſtos,
Ac ſolitos ſpernens, montes ſibi ſomniat auri;
Unguentique loco tellurem exercet aliptes,
Et duram tractat, ſpathulâ ſordente, ligonem,
Fullo remittit opus; generiſque volatilis hoſtis,
Auceps florigeros, jactans ſua retia, bulbos
Comparat; & molitor cerebro turbatus ab alâ
Infeſtam fugit ipſe molam, ac ſe condit in horto:
Nemo ſua, aſt omnes aliena negotia curant.
O fatuos hominum mores! o vana voluptas!
Prima quidem circa Tulipas eſt cura laborque,
Poſt illas in deliciis Hyacinthus habetur,
(Infelix Hyacinthe, tuo flos ſanguine notus!)
Si quid habes horum rari, quod protulit alma
Fertilitate ſua, dum gaudet ludere, rerum
Natura, aut caſus, non indigus æris & auri,
Dives es, hoc ſuperat pretio quodcunque metallum,
Et gazas, Pactole, tuas, & munera Gangis,
Obſtupeo! bulbus Tuliparum venditur unus

Cen-

Het luſt me geenſins om den Goudsblom, Eglantier,
Den Krókus, blauwe Klók, den Leeuwsbék, Violier,
De witte Lèlien te mélden, noch de Rooſen,
Die 't vét Lukanien tweemaal in 't jaar deê blooſen
In Bloey- en Herfſt-maand, én met welk een ſorg, én pijn
Sy onvermoeid ontrént dees' planten béſig zijn:
Een grooter dulligheid van hen prikt 's dichters ſinnen.
De Koopman, die verlaat 't gewoon, en eerlyk winnen
Sijns handels, en haakt na bedriegelijk profijt;
De Snijder werpt den naald, de ſótte Schoemink ſmijt
De leeſten achter's banks; de Volder onberaden
Verlaat ſijn werk; én den Droogiſt graaft met de ſpaade,
Nu hem de ſpatel ſtinkt, in de aard'; de Vőgelaar
Werpt nétten weg, en koopt blombóllen, béter waar;
De Mólenaar in 't brein geſlaagen van ſijn Mólen
Schuwt dien, én houd ſich ſtâag in ſijne tuin verhoolen;
Sulks niemant ſijn', maar élk beſorgt eens anders ſaak.
O dwaaſe zéèn des menſchs! O breineloos vermaak!
Sy achten dan den Tulp voor 't édelſt pand der aarde,
Na deeſe houdenſe den Hyacinth in waarde,
Een blom, ai Hyacinth! naa 't bloed van u genoemd.
Wie nu wat séldſaams heeft van deeze, én beroemd,
Die Vrouw Natuur beluſt uit vruchtbaarheid te ſpeelen,
Of 't lós Geval beſtond uit 't aardtrijk voort te teelen,
Is rijk, heeft ſilver, goud, jaa geenes dings gebrék,

Schoon

Centum, ducentis, quingentis, mille florenis;
Vile putant floris pretium denaria centum;
Bulbulus aut turpi terram versante novellam
Rodendus talpâ, pretiosaque vermibus esca,
Aut muri cibus, aut avido bellaria gliri;
Nec satis est tutus Domini præclusus in arcâ:
Majori ratione tamen turpissima quærunt
Has sibi bruta dapes, quam tu sectaris, Inepte,
Namque illis cibus est, tibi propudiosa supellex:
Nec tantum modicos tenet hæc dementia cives,
Hocce Viri morbo egregii, vitioque laborant,
Addicti his nugis: vix nomina Musa tacere
Indignata potest, quid ni culpemus? & ipse,
Ipse scio certus sine fuco, ac fraude trecenos
Esse ducatones oblatos, pondere justo,
Pro tribus, ac teneris, Hyacinthi a matre revulsis
Plantis, nec tamen hoc pretio secum abstulit emptor.
Quidve tuos referam hîc Hyacinthos, clare Maresi,
(Ut fert fama, licet sanus vix credere possit,)
Ultra quingentos constantes mille florenis.

Quo-

Schoon hy ſelfs karig was, én de allergrootſte vrék:
Want dit kleinood verdooft alle andere metaalen,
En ſchatten uit Paktool, én Ganges oyt te haalen.
Een tulpból werdt verkocht, O dwaasheit 'k ſta verſléld!
Voor éen twee-honderd, jaa voor duiſend guldens géld,
En vijftig kroonen zijn een laage prijs die 'r bóllen:
Een koſtlijk aas voor u O arme, blinde móllen,
En worremen! die moê gekroopen, en gewroet
Door nieuws-geſpitte aard' deez' lekkerny ontmoet;
Of hem de Meeſter ſluit in kiſt, én kabinetten,
Noch wordt hy muis, én rat tot ſmaaklijke bankétten;
De beeſten doen 't met recht; de ból ſtrekt hen tot ſmaak,
U, Wroeteren, is 't een verfoeylijk ſót vermaak.
Behalven Burg'ren, die deez' ſótterny aanhangen,
Sietmen voornaame Liên met d' euvelkoorts bevangen,
Verliefd op dit bedrijf; mijn Sangnimf dwingt ſich nauw,
Dat ſe in verbolgentheid haare ondaân niet begrauw',
Behékele, én haar' naam niet luider ſtém ga nóemen;
Maar waarom ſouſe ook deez' gékheid niet verdoemen
In Luî van aanſien? Ik, Ik ſelve heb geſien
Voor drie affetſelen des hyacinth-bloms biên,
Den ſtamból afgerukt: wie ſou 't gelooven konnen!
Vergeefs een ſak met driemaal hondert dukatonnen,
Want hier voor waarenſe den Eigenaar niet veil.
Wat ſég 'k dan, De Marés, van u, die deeze peil

C Voor

Quò non luxuries, & parta opulentia rerum
Tranverſas agitis mentes! quid divite ſtulto
Vanius orbis habet? quis poſſit cuncta referre
Futilia, & quis mente ferat, cum viderit, æquâ,
Ut ſine menſurâ rationeque prodigus aurum
In res effundat nihili, floreſque caducos,
Depereatque brevi perituræ germina vitæ;
Nec famam curet. nec gazis parcat avitis,
Quò deſideriis animi potiatur iniquis.
Intulit abſurdos peregrina pecunia mores
Cum Vate exclamem, quid enim? gens inclyta quondam
Armis, nunc foliis, florumque inſanit amore.
Non ita, Belga, tui Patres fecére, feroces
Marte, bonâ cauſâ, pro libertate fideque
Omnia, quæ pretioſa dabant, ipſamque lubentes
Cum gazis animam: tulipam tamen, aut hyacinthum
Vel denis tantum nummis emiſſe puderet.
Sobrietate ſibi rem conſervâre, labore
Auxerunt, vigili curâ ſervâre Parentes:
Inconſulte Nepos, quantum mutatus ab illis!

Tu

Voorbijstreeft, die één ból, één blom kweekt in uw'hóven
(Schoon een die wijs is nauw 't geruchte kan gelooven)
Van duisend daalderen? O schand! waar toe verleidt
Des rijkdoms óvervloedt, én vuile dartelheidt
Het averechts verstand! wat siet ge op de tooneelen
Der ruime waereld toch belachchelijker speelen,
Als een seer rijke dwaas? En wie bedwingt, wie houdt
Sijn mond, wanneer hy siet, dat men het dierbaar goud
Dus sonder rêen, én maat verspilt in nietigheeden,
In planten, die seer ras vergaan? wie wordt met réden
Niet hévig als hy hoort, dat een voor 't geld niet wenscht
Als 't lóf eens bloms, dat in seer korte tijd verslenscht,
Die't goed gerucht niet spaart, noch der Vooroud'ren schatten,
En al te roekloos dus in weelde uit komt spatten,
Dat hy sijn' dwaase lust alleenlijk stell' te vrêen?
'k Roep met de Dichter uit: dees' snoode ontaarde zêen
Heeft 't vreemde geld tot ons gebracht. Waarom? de Vólken
Eertijdts in de oorelog door swaarden, én door dolken
Onwinbaar werden nu verliefd, versót, ontsind
Om blom, of blad dat in een oogenblik verswindt.
O Nederlander! O! zo deeden niet uw' Vad'ren,
Die Mavors Soonen, die haar' édel bloed uit de ad'ren
So dikwils vlieten dêen, die schatten, 't kostlijkst goed,
Met 't lieve léven sélfs opdroegen voor 't behoed
Van 's Landts gemeene saak, voor Vrijheid, én 't Geloove?

Tu nunc in vili hâc jactas patrimonia merce,
Et cum flore vides censumque fidemque perire,
Tota super foliis tua dum fortuna locata est.
O fatuos hominum mores! o vana voluptas!
Densa ferunt florum spatiosis semina campis,
Mirandam hîc sylvam, nitidosque videre tapetas,
India dat quales, qualeis net Persa, putares,
Qualiter aut Tyrio si candida murice lana
Spargitur, aut solers pingit sua fila Chinensis;
Perstringitque oculos varius color, aureus, albus,
Purpureus, ruber, & viridis præfulget iaspis,
Lutea quos inter procerâ caule superbit
Coccineis latè maculis distincta Corona,
Æthiopumque nigro nigrior carbone Monarcha,
Lineolis pictus nive candidioribus ipsà,
Prætereo reliquos; nam barbara cuncta referre
Nomina sermo negat Latius, metrumque recusat.
Unicus exoritur fortè inter millia florum,
Cui non est vulgare decus, cui purus ab omni
Parte color, non communis pictura nitorque,

In-

Maar om een hyacinth, een tulp in haare hóven
Te koopen ſchaamden s' ſich tien deuiten te beſteên.
Onſe Oud'ren wiſten door de matigheid alleen
Het goed tè winnen, én riikdommen te vergaaren,
Door vlijt te meerd'ren, én door wakk're ſorg te waaren.
Ach onbeſonnen Neef, hoe ver zijt gy ontaardt!
Gy acht geen' goederen, geen Vad'ren erfdeel waard,
't En zy dat die beſtaan in ſaaken, die ſlechts ſchijnen;
Dus ſietge ook met de blom, uw' goed geloof verdwijnen,
Wijl gy uw' luk véſt op een blad, verwelkb're ſaak.
O dwaaſe zeên des menſchs! O breineloos vermaak!
Sy ſaaijen ménigte van allerhande zaaden
Op breede bedden, die met ſchoon gebloemt belaaden
Een wonderlijke beemd, Perſiaanſch tapiſſery,
Of als den Indiaan ſchenkt uit ſijn' ververy
Vertoonen, of gelijk den Tyriër 't wit linnen
Meêdeelt, en den Chinees ſijn' ſitzen weet te ſpinnen,
En af te maalen; 't groen, weêrſchijnend, én het hoog-
Verheerlijkt purper, 't rood dat blikzemt in uw oog
Met witte, én goud koleur; hier onder ſteekt de Geele
Scharlaken-verfs gevlamde Kroon op hoogen ſteele
't Trotſmoedig hoofd op met den ſwarten Móriaan,
Sneeuwit geſprikkelt, én geſtreept op ſijne blâan.
Ik ga de reſt voor by; Want haar' barbaarſche naamen
Wil mijne Sangheldin in 't Neêrduitſch niet beaamen.

Ingenti exultat perſpecto flore Magiſter
Lætitiâ, nec vana capit ſua gaudia ſolus,
Vicinos, ſocios, & quos modó noverit uſquam,
Spectatum Floræ doctos invitat alumnos;
Nec mora; conveniunt alacres, promptiſque bacillis,
(Namque nefas tractaſſe manu, tetigiſſe tenellum,
Vel ſummis folium digitis grande eſſe putatur
Crimen, & impingi Dominus ſibi malit in ora;
Nimirum floris nitor eſt pretioſior illis,
Quam feré vel Natæ pudor, intactæque Maritæ:
Huc, huc uſque leves rapuit veſania mentes!
Dic mihi poſteritas, ſi nacta per otia forſan
Carmina noſtra legas, anne hæc deliria credes?
Tune etiam hæc, æquè demens, exempla ſequeris?
DI melius! ſatis eſt ævum ſtulteſcere noſtrum.)
Contingunt florem, luſtrantque intentius illum,
Mirânteſque ſtupent naturæ nobile donum,
Egregiamque ſuo ſortem gratantur amico,
Et veteri bibitur Baccho natalis & ortus.

Nec ſatis hæ nugæ: jàm jam majora parantur

Lu-

In veele duisenden vindtmen gevallig één
Door glans, én schildery verschillend' van 't gemeen;
De Baas hem siende kan alleen sijn vreugd niet dragen,
Springt op van blijdschap, noodt gebuiren, makk'ren, maagen,
Of waar hy ergens één van Floras Kind'ren weet,
Ten einde zy de blom besien: Die zijn gereed,
Versaamen daadlijk, én een stókje in haare handen
Genoomen (want het was een ongehoorde schande,
Schier onvergeevelijk, zo een dit édel pand,
Dit tederst blad met 't énd' der ving'ren, of met hand
Bestond te raaken; jaa, voor dit onheuschlijk hoonen
Sag 't Heerschap liever dat hem yemand voor sijn' koonen
Een vuistslag gaf; de glans, te weeten, vande blom
Is hen by na meer waard als 's Dochters maagedom,
Of ongereeptheid van haar Wijf: dus is de reden
Van 't dwaase volk verrukt tot buiten spoorigheeden!
Seg my, Nakomeling, zo gè oyt by leed'ge stond
Ons' dichten leest, of gy dit ook gelooven kondt?
Of gy ook even sót dit voorbeeld na sult spooren?
De Gòon verhoên 't! genoeg is 't dat onse eeuw van dooren
Zo óvervloedig is!) begluiren sy de blom
Van binnen, buiten, staan verwondert stil, en stom
Om 't édele geschenk der geestige Natuire,
Sy zegenen het lot haars Vrinds te deeser uire,
En drinken, daar hy schuimt, den frisschen beker om,

Ten

Ludicra; ſtat præſixa dies quâ nomen oportet
Conveniens, aptum formæ, dignumque nitore
Infanti dariër, quâque inclareſcere poſſit.
(Nam nihil hoc ipſo fatuis ſolennius actu,)
Sollicité inquirunt cui proximus ille colore
Aut facie accedat florum, novus accipit inde
Nomen, hyperbolicon plerumque, & ſeſqui-pedale:
Cæſar, Rex, Princeps, Dux, Architalaſſus, Achilles,
Hector, Alexander, Pompejus, Scipio, Turca,
Dicitur, aut Cleopatra, Helene, Lucretia, Dido;
Aut, ſi quæ fuerint mage grandia nomina, quærunt.
Tempore jam coëunt fixo, partumque novellum
Inſpectant iterum accuratius: Inter & omnes
Anthophilus ſenior vitratis orbibus alto
Impoſitis naſo ſtupet admirabile pignus,
Vix ſe divelli patitur, bis, terve recurrit,
Mirarique ſatis nequit. Interea ordine cuncti
Conſedére Patres, & aperto vertice ſurgens
Anthophilus blæſâ Sociis ita voce loquutus:
Vidiſtis, Domini, quo nos Natura beato

Do-

Ten téken, dat hen deez' geboorte is wellekom.
Dit 's niet genoeg: Men pleegt nog grooter ſotternijen,
En ſtélt een nieuwen dag om 't ſuigling in te wijen,
Te doopen met een naam, die beſt komt óver één
Met ſijne waarde, én glans, waar meê hy eerſt verſcheen;
Want niets gemeener is deez' herſenlooſe gékken:
Dan léttenſe ſeer nauw aan welk' blom hy in trékken,
En kleur de naaſte is, van die krijgt hy een naam,
Hoogdraavend, trόts, dik niet te noemen in een aêm,
't Zy Keiſer, Kóning, Prins, den Grooten Alexander,
Pompejus, Scipio: Cleopatra, en ander'
Praalnaamen, die ik niet durf wringen in mijn dicht.
Nu kómenſe by een, beſien het téd're wicht
Wéd'rom nauwkeuriger: Een Grijſaart onder allen,
Anthophilus, laat ſich de gift ſeer wel gevallen,
Set op ſijn hooge neus een groot geglaaſde bril,
Beſiet het wonderwerk, ſtaat van verbaaſtheid ſtil,
Is nauwlijks van ſijn ſteê, en yver af te rukken,
Keert t' elkens weêr én kan 't genoegen niet uitdrukken.
Inmiddels vlijen ſich de Vaderen in 't rond:
Anthophilus ſtaat op, ſpreekt met een liſpe mond',
Blootſ-hoofds: Gy hebt geſien met welk een dragt O Heeren!
Het Vrouw Natuir belieft ons héden te vereeren,
Mijn hart ſpringt op van vreugd! met wélk een dierbaar pand
De Blomgodinne heeft verſierdt ons Hóf, en Land;

D Dat

Donavit partu, quam raro pignore Flora
Ornavit noſtros, cor gaudet & exilit, hortos;
Nunc ne tam pulcher meneat ſine nomine foetus,
Officii eſt noſtri, ut pretium & decus inde paretur,
Notaque ſit noſtros inter diſtinctio flores.
Applauſére Patres; tum ſingula vota leguntur,
Et quò plura cadunt, hoc nomine dicitur infans;
Ergo ubi convenit lauta inter pocula Bacchi
In Floræ lepidum cantatur carmen honorem.

Flora, decus noſtri ſtudii, ſpes unica noſtræ
Culturæ & curæ, faveas pulcherrima, nunquam
Vina tuis & thura focis fragantia dêrunt:
Te colimus læti, Tu nobis otia Veris
Læta facis, noſtros exorna floribus hortos,
Foecundoque ſinu formoſos edito partus,
Sic Tibi feſta dies iterum, nova pocula nobis,
Et Te connubio dulci jungemus Iäccho;
Evax! cantemus læti, Divæque ſalutem
Herculeo cratere decet memorare, Sodales,
Tinnitu reſonent calices, & flore Lyæi

Aſ-

Dat nu deez' ſchoone plant niet blyve ſonder naame,
Is 't onſe plicht, dat wy vergaadert, een beraamen,
Op dat hy na ſijn glans ook ſteigere in waardy,
En kenlijk onderſcheid in onſe bloemen zy
Door nieuwe naam, of ſtam. Hier juichchen alle Vad'ren
Anthophilus vervolgt de ſtémmen te vergad'ren,
En na de meerderheid van die doopt hy den blom:
Nu zijnſe eens; fluks gaat de berkemeijer om;
Hy houd noch van de naam veel' rédekavelingen,
En éindelyk heft hy aan, tot Flórâs eer te ſingen.
O Flóra! gy die ons ſieraad, én hoope zijt,
Begunſtig, Schoone, doch onſe arbeid, ſorge, én vlijt,
Wy ſullen dankbaarlijk u ſteeds doen Offerhanden,
Altoos ſal uw' altaar van wijn, èn wierook branden;
U eeren wy verblijd, gy geeft ons in de Lént
Vermaaklyk tijd-verdrijf, maakt ons op nieuw bekénd
Een èd'len blom; vaar voort ons' tuinen te verſieren
Uit uwen vruchtb'ren ſchoot, ſoo ſullenwe u ſtaâg vieren
Een grooten Heil'gen dag; wy ſullen dan, als dus
U plechtig huuwen aan den ſoeten Jächus:
Hei! laatwe ſingen, én den vollen béker drinken
Tot Flórâs eere, laat de kriſtallynen klinken,
Laat wy met Bacchus nat, die éd'le dauw, beſproeijt
Ter zijde ſtéllen alle onſe yd'le ſorge, én moeijt';
Hei, Spits-broêrs, laatenwe nu leeven ſonder treuren,

Aſperſi poſitis ducanus gaudia curis,
Dum datur atque licet, dum Flora invitat alumnos,
Bella Napæa favet, veteres vivamus Amici.
Sic ſonat Anthophilus, cantuque meroque caleſcens,
Vix pede ſe rectum tenet, inflammatque Coronam:
Ergo omnes uno ore vale, Dea Flora, faveto,
Ingentes agimus pulcro pro munere grateis.
Sic ſæpe in multam trahitur potatio noctem,
Et niſi jam madidis ceſſant convivia cunctis.
Nugarum necdum finis; marceſcere paulum
Si tener incipiat flos, deque vigore remittat,
Ipſum etiam Dominum pariter languere videbis,
Ætatemque brevem, vitamque dolére caducam;
Non aliter, quam ſi vel filius unicus acri
Febre laboraret, fato vicinus acerbo;
Decerpunt folia exacté languentia, ſudo
Exponunt ſoli ſiccanda, libriſque recludunt,
Atque pugillares his verſicoloribus implent,
Hæc ſecum portant; tum compotatio nulla
Nullum concilium, quin primus & ultimus illis

De

Wyl 't ons gegoeven wordt, terwyl 't ons mag gebeuren,
Om dat Napæa ons soo mild haar' gunst aanbood,
En Flóra sélfs ons als haar' voedsterlingen noodt.
Zo schreeuwt Anthophilus verhit door wijn, en singen;
Hy steuitvoet, én beweegt Vrouw Flórâs Lievelingen;
Die roepen: Flóra leev', lang bloey' de Blomgodin!
Wy danken u al t' zaam uit suiv'rе sucht, én min
Voor 't kostelijk geschenk, én onwaardeerb're gaaven.
Dit slémpmaal werdt dik by deez' breineloose slaaven
Zo lang gerékt, tot zy bestooven door de wijn
Haar' beenen, noch veel min haar' sinnen magtig zijn.
Noch meerder beuselen: Wanneer de téd're bladen
Des bloms allengskens nu haar' weelige sieraaden
Verliesen, siet ge klaar dat sich de Meester kwélt,
Verkwijnt, én alles schier voor ongestadig schéldt;
Hoe dat hy dan bedacht om endlijk self te sneeven
Den tijd beklaagt van 't kort vergangkelijke leven,
Niet anders of sijn' Soon, sijne eenigste Erfgenaam
In doods-angst snikte na den allerlaatsten âam.
Dan is het tijdt dat zy het stervend' lóf, en blâren
Afplukken, en gedroogd in sonneschijn bewaaren;
Op dat het andersins niet achtloos raak' te soek,
Zo sluiten s' 't sinnelijk in haar' geheugnis boek;
Dit draagense in de sak; Nu zijn 'er geen' gelagen,
By-een komst, daar gy 't eerst en 't laatst niet hoort gewaagen

De Florâ, donisque Deæ sit sermo, libellus
Continuò inspiciendus adest, mirantur amoeni
Post senium & mortem decus admirabile floris,
Siccaque venturum folia asservantur in annum,
Non aliter, quam si pretiosum incluseris arcâ,
Thesaurum, sua vel Matrona monilia servet;
Ut Dominus sciat, an fixus color hæreat idem,
Anne nitor maneat constans, an pulcrior anno
Præterito exurgat; nam crescit flosculus inde
Immensum in pretium, in pejus mutabile germen
Vilescit, Dominumque suum spe fallit inani,
Et qui Crœsus erat modò, nunc est nudior Iro,
Ac pro thesauro carbones invenit atros;
O fatuos hominum mores! ô vana voluptas!
Stultorum totus, pudet heu! plenissimus orbis.



Van Flòra, én de gift der goede Blomgodin;
Het boek is by der hand, én t' elkens siense 'r in,
Verwond'ren sich des plants, als toen hy wierd' gebooren,
Schoon dat nu is verwelkt, verouderd, én verlooren,
En waaren 't dorre blad tot op het vólgend' jaar
So sorglijk, als Mevrouw juweelen, rijke waar,
En dierbaar hals-sieraad verbergt in haar' tresooren,
Op dat men weete, of 't ook sijn' luister hebb' verlooren,
Dan of het heerlijker daar na te voorschijn kom'
Met vaste kleur, en glans; want hier door rijst de blom
Oneindig in waardy; verslimmert die in verve,
Dan deugt hy niets, én strékt sijn Meester ten bederve,
Maakt hem een Irus, die zo rijk als Cræsus was,
En lévert hem voor goud, houtskoolen, drék, én asch.
O ydel, dwaas vermaak der hersenloose zielen!
Ha Schande! dat men siet 't Heel-al van Sótten krielen.



Æ S T A S,

Sive

Pars Secunda
POEMATIS JOCOSERII
In
QUATUOR ANNI PARTES.


Xoluit jam Veris honos, annique juventa
Lætior exacta eſt; venit maturior ætas:
Quæque erat Aurorâ pridem formoſior ipſâ,
Nunc Dea ſordidulo Florum ſpectautur amictu,
Marceſcente comâ, ſubmiſſo in pectora vultu;
Fluxa ſui nimis, & meritò, flet tempora regni
Ereptumque brevì Sibi virginitatis honorem.
(Diſcite Friſiacæ, Divà Monitrice, Puellæ,
Gnaviter utendum vernantis flore juventæ;
Præterlapſa ſemel fugit irreparabilis hora,

Ut

SOMER,

Of

Tweede Deel.

Van

JOK EN ERNST

Op de

VIER GETIJDEN DES JAARS.


E Lent en jeugd van 't jaar is weg; met wijde schreeden
Voorby, de Somer komt nu in haar plaats getreeden.
Vrouw Flora flus meer schoon, als selfs de dageraat,
Stapt nu in flordig en wanvoegelijk gewaadt,
Met fluik hair; laat het hoofd tot op haar boesem hangen,
Te recht betreurende, met traanen op de wangen,
Dat haar de mogentheidt in een zo korten tijdt,
Met alle luister van haar Maagde-schoonte is kwijt
Gemaakt, (O Juffers! leert uit 't voorbeeld der Godinne
De groene, en frissche blom uws jeugdts ter liefde en minne
Te wijden: Want één uir, maar ééns voorbygaan,
Keert nimmer: Yder jaar, 't welk u bragt schoonheidt aan,

Ut dedit ante decus, nunc aufert, quilibet annus)
Conceditque vices Cereri, quæ candida circum
Tempora ſpicatis nitidè redimita corollis
Auricomas inter Nymphas ſpatiatur in agris;
Alta gradum, ceſto tunicam collecta fluentem
Purpureo, grandique ſinus conſtricta pyropo:
Dextra regit falcem, lævà protendit ariſtas,
Cæruleus pulcrè cyanus, rubrumque papaver,
Deliciæ frugum flores, Divæque voluptas,
Diſtinguunt ſucco diſtentas ubere mammas.
Sic Ceres ingreditur, tali procedere pompâ
Ornatuque placet, gaudenti æſtate reverſâ,
Quali frugifera ſua Sacra celebrat Eleuſi,
Myſtica Sacra piis, nullique adeunda profano.
Aut quali Socias inter Diana pudicas,
Fronde ſub umbrifera, mollique in gramine campi,
Dum lubet exercere choros, nitet aurea cultu.
Interea, exhortante Deâ, gens ruſtica duro
Incumbens operi, longi ſpem colligit anni,
Ac poſt multiplices carpit ſua gaudia curas,

Dum

In 't waſſen, ſal voortaan u minder ſchoon vertoonen.)
Geeft ſy aan Ceres nu de beurt, wiens blanke koonen
Bekranſt zijn met de volle, en koorenrijke air;
De Nimfen op het land met ſierlijk goudgeel hair
Geſelſchap houdende, en fier van tred, de rokken
Voor 't ſling'ren met een riem van purper t' zaam getrokken,
De wijde ploy gereefd met hellen diamant;
De rechter houdt een ſeiſe, en met de ſlinkerhand
Toont zy het ſpits des airs; de borſten zijn haar beide
Op 't allerſierelijkſt, en keurigſt onderſcheiden
Met blauwe rogge, en den rooden heulzaads-blom,
Zo treedt Vrouw Ceres in, en 't luſt haar 't land alom
Dus pragtig uitgedoſt, in ſomer door te zwieren:
Gelijk als wen men plag voor heen haar Feeſt te vieren
In 't vruchtb're Eleúſis, daar tot die geheimenis
Noit een onheilige, wie 't was, genadert is,
Of als de Jagtgodin, weêrkeerende van 't jaagen,
In koele lommer van een ſchaduwrijke haage,
En 't ſachte klavergras der lieffelijke wey,
Al danſende uit munt in haar kuiſſche maagden-rey.
't Swaarwerkend boerevolk, op 't aanraân der Godinne,
Tracht, onder des, de hoop van 't lange jaar te winnen,
 Siet

Dum rata vota videt maturæ tempore meſſis:
Hic falces acuit, validos parat ille bidentes,
Raſtella expediunt alii, duroſque ligones;
Nulla quies, nulli mora, cuncta parantur in uſum.
Primus enim labor, intentos, quo exerceat æſtas,
Agricolas, circa fœnum verſatur adultum:
Falce metit Damon, magnâ vi brachia jactans,
Cæſa Lyſis vertit; ſiccataque ſolis ad æſtum
In tumulos cumulant grandes: poſt horrea fœno
Ampla replent: habet hoc etiam ſua gaudia tempus,
Nequitiaſque ſuas; paucis lubet illa referre.
Dum metitur, juvenes paſſim verſare puellas
Flore ſuper molli, tunicaſque replere patentes
Graminibus mos eſt; quis neſcit cœtera: clamor
Ingens exoritur, riſuſque ſaleſque ſequuntur,
Dum ſe diſcutiat ſuffuſa pudore Columba.
Quæque prius fuerat luſus, petulantia crevit
Poſt adeó, erupitque, malos ut publica mores
Pœna coërcuerit: quo nunc niſi luſus in uſu eſt.
Tum longos alibi currus ſpectabis, utroque

Re-

Siet na veelvoud'ge ſorg hun wenſch vervult met vreugd
In 't rijpe Oegſt-Saeiſoen, en toont zich heel verheugt;
Haalt alles voor den dag het geen hun werk komt eiſſchen;
De grijpe, hark en vork, de ſikkel en het ſeiſſen.
De eerſte oeffening, waar mede Zy haar ras
En rap maakt, ſtrekt omtrent het opgeſchooten gras.
De ſterke Damon maeit met 't zwaeijen van ſijne armen;
En Lyſis keert het Zwéé, het welkeſe, door warmen
In Sonneſchijn, gedroogt ophoopen tot een rook,
En vullen 't wijde vak des ſchuirs met hoij en krook.
Ook deez' tijdt heeft vermaak, en looſe beuſelingen:
't Luſt my de ſelve eens in 't kort hier op te ſingen.
't Is maeijtijds de manier, dat Tijter 't Meisje rolt
In ſacht geblomde beemd, haar lekt, haar troetelt, ſolt,
De rok vol hoij propt; wie kan nu de reſt niet raamen?
D' Omſtaand'ren heulen, en zy roepen lachchend' t'zaamen,
Dat het ten Hemel klinkt; wijl Duyſken om haar leed
Van ſchaamte blooſt, en 't hoij vaſt ſchudt van lijf en kleed.
Doch deeze dartelheidt, die eerſt ſcheen ſpel te weeſen,
Is naderhandts zo hoog ten toppunt opgereeſen,
Dat de Algemeene Tucht deeze ongebondentheên
Geweert heeft met die Maats te ſtraffen aan de leên.

 Weêr

Repletos fexu, maturæ ætatis, & altâ
Cantante in triviis incondita carmina voce.
Quid triviis? Imò infano clamore platéas,
Idque die medio, complent, totamque per urbem
Falcibus erectis, tenfisque ad fidera palmis,
Bacchantum fimiles, gaudent difcurrere plauftris.
Nec pudor infulfam tenet aut reverentia turbam;
Quis negat, aut dubitat, quin hîc dementia regnet!
Pinguior interea pro more polenta, placenta
Convivis coquitur, multo diluta butyro,
Sacchare, vel libo densè confperfa minuto:
Et ceream é cellâ veterem depromit Amyntas,
Craterafque replet grandes, cupafque propinat;
Illi avidè plenis potantque vorantque cadurcis;
Hectores in patinis, forteis, ad pocula Achilles:
Vix ceffant, nifi cum plus inteftina faburræ
Ferre negent; optant ventres imponere tergis
Poffe fuis, vel cum ftomacho mûtare caballi:
Ingluvies eft tanta, bolos ut fæpe comefos
Hofpitibus reddant, aut dent obfonia porcis;

Por-

Weêr elders ſiet men een ſeer groote en lange waagen,
Gevult met beider kunn' van rijpen en volſlaagen
Bejaartheidt; daar men zingt een ongeſouten deun
Op yder kruisweg, dat de buirt weergalme en dreun',
Wat kruisweg? met hun zot geſchreeuw, als uitgelaaten,
Vervullen s'lichten dags, als dollemans, de ſtraaten;
En draaven met hun kar de Stad ſtout op en nèèr,
De hand en hark om hoog, met 't ſeiſſen, boers geweer;
Als Wijnpaapinnen, fel verwoed in raaſerije.
Wie twijffelt, of ontkent, dat hier heerſch' ſotternije?
Amyntas, midlerwijl, kookt Sweelerspotmarg, ſtijf
Van krenten en roſijn, datſe in boter drijv',
Beſtrooijt met zuiker, of Met koek ſeer fijn gereeven;
Tapt oud dik-bier, en vult èèlmoedig daar beneeven
De berkemeijers, en de bekers met dit nat:
Zy vreeten, zuijpen, of ze vreeſden nimmer ſad
Te zijn, uit aarden, en met lepels groot als ſpaaden;
Achillen by de vocht, en Hektors trots van daaden
In 't ſchranſen, lichten niet voor 't ingewand meer laſt
Te neemen weigert, wenſchen de opgeſpannen baſt
Te torſen op hun rug, en de al te kleine maagen
Te reuilen met een hengſt, die meerder vóèr kan draagen.
Hun

Porcorum focii quærant in ftramine lectum,
Sus ubi fœda genas, fpurcataque fordibus ora
Ructatis lambit, porcinaque bafia figit,
Sorte fuâ gaudens lautum inveniffe fodalem.
Sin fatur ire domum tentet, folufque vagetur
Per fata, per faltus obfcurâ nocte colonus,
Mergitur ille cavâ turbatus ab affere fofsâ,
Sive viâ titubans mediâ, procumbit in herbis,
Et Jove fub gelido totam producere noctem
Cogitur; officium domino præftare labanti,
Dum negat infirmus pes, ac mens obruta vino.
Mane diei multo confperfus rore falutat
Surgentem Auroram, câpitifque gravedine preffus,
Vix fe tollit humo, quin ter, quâter ingemit, ohe!
Ingemit, ac toties male fobrius ofcitat ore
Impuro, & feffos ægrè trahit anxius artus:
Dum gravis hefternam fœdo cum murmure cœnam
Eructat venter, mediifque effundit in agris.
Quis negat aut dubitat; quin hîc dementia regnet!
Verum alia, & major forfan vefania reftat.

An-

Hun vraatzucht is zo groot, dat dikwils, na 't geſchok,
Den heer beſchenken met den eens geknaauwden brok;
Of geeven die aan 't ſwijn, hun broêr; en mat van leden,
Door 't ſwelgen, ſoekenſe in 't ſtroo hun legerſteede;
Alwaar de vunſe zeug hen mond en baard, bedrekt
Met ſtinkend braakſel, op het minnelijkſt belekt,
En op haar verkens kuſt, verheugt van dus geſinde,
En braave metgeſels by haar in 't kot te vinden.
Die dol en vol door 't veld na huis te dwaalen tracht,
Die beuitelt van de plank, en dompelt in de gracht,
Of ſtruikelt mids in 't pad ter néer en moet gehengen
In 't kruid en koude lucht de nacht dus door te brengen,
Als nu het dronken hoofd, en al te onvaſte voet
Sijn' dienſten weigert, en hem t' elkens vallen doet.
Sed ſatis eſt Urbis fatum ſpectare cadentis,
Atque tuo tantis teſtem cum millibus eſſe
Veridicum Regi; ſoli vix creditur uni;
Rara fides Gallis, pietasque hoc tempore rara eſt.
Et Catinato ſatis eſt ſervaſſe ſalubri
Gallica caſtra fuga, mavult riderier, ac cum
Invictis trepidos aquilis committere Gallos
   Urbs jam preſſa cadit: jacet Invictissime Regum
Ante pedes proſtrata tuos, veniamque precatur,
Et palmam & campum cedit perterritus hoſtis.
   Ergo duplex cingit felicia tempora Laurus.
Quantus honos! quantumque decus! quantique triumphi
Te cingunt Juvenem! reſonat Germania plauſu,
Lætitia exultant Britones, fidique Batávi:
Teſtanturque hilari ſua gaudia murmure Rhenus,
Danubius, Thameſis, Vahalis, Moſa, juncta Moſella,
Inque unum hoc pariter carmen ſua vota reſolvunt:
Macte, Heros, virtute nova: Sic itur ad astra.

P. van GHEMMENICH.

GLO-

Dog 't was U ook genoeg de vesting te zien buygen
En zulx met duyzenden Uw Kooning te betuygen
Want een is geen getuig, de trouw is wankelbaar
Opregte waarheit is in Frankryk duure waar.
Nu 't was u veyliger ô Catinat te vlugten
'T is beeter uitgeschimpt, als tegen dien gedugten'
En magtig' Adelaar te treeden in het velt.
Daar legt die sterke Stadt, ô Koninglyken Held!
Voor Uwe voeten neer om gunst van U te smeeken
De Vyand ruimt het veldt tot overwinnings teeken.
Een dubbeld' eere-krans verciere dan Uw jeugd
Wat lof, wat roem, wat eer! wat teekenen van vreugd
Versellen U! men siet Uw overwinning vieren
Door Duytsland, Engeland, en trouwe Batavieren
De Teems, den Donauw-stroom Rhyn Moesel Waal en Maas
Betuigen haar genoegt door lieffelyk geraas
Een ieder uyt dees wensch met vreugd' en soet geweemel:
VAART VOORT, DOORLUGTEN HELDT! ZOO STEIGERT MEN TEN HEMEL.

vertaalt door

W. DOTINGH.

GLORIA
AC
FELICITAS

Sive

PLAUSUS PUBLICUS SUPER FELICI RERUM SUCCESSU, QUO DEO T. O. M. BEARE PLACUIT REMP: BELGARUM CUM EJUSDEM SOCIIS AC FOEDERATIS


Contra Gallos & Hiſpanos, Anni 1702.


Eſta triumphali portemus fercula pompâ:
Fercula tot, patriis Urbeis quot vicimus armis,
Quot Leo Belgarum rugitu terruit arces,
Deſtruxit Claſſes: ſpoliis decoratus opimis
Bellator Batavus virtutis præmia monſtret,

Ac

NEDERLANDS ZEGEPRAAL en VOORSPOED van WAPENEN,

Tegens de Fransen en Spanjaarden in den Jaare 1702.



Ei! dat men nu vol vreugd, en plechtig de troféen
De wapenschilden van zo veel' verwonnen stéèn
Omdraage, als Néèrlands Leeuw, ter onverwelkb're zegen,
Met Vaderlandschen kling in één jaar heeft verkreegen;
Zó veel' toonbeelden, als de Leeuw van Nederland
Kasteelen heeft verschrikt, en Scheepen heeft vermand
Door sijn gebrul en klauw. Dat nu de Batavieren
Al juichende zich met den rijken buit versieren
Op Koningen behaalt. De Muir- en Steven-kroon
Bedek de hoofden, tot een wel verdiende loon

Ac murale decus, roſtrata in fronte corona
Fulgeat Heroüm. Faveas mihi, dexter Apollo,
Et vos, Pierides, Vati ſuccurrite veſtro,
Et date digna loqui. Tu *Cæſaris Inſula* teſtis,
Primitiæ belli, monumentum triſte furoris,
Poſt caſus dubios, & non ſine ſanguine, capta:
At tandem in cineres, foedamque redacta ruinam.
Eheu quam miſerè, ſemper plectuntur Achivi,
Cum domini, aut Reges delirant, ſeque ſuosque
Præcipitant Populos! Expulſo fortiter hoſte
Finibus è patriis; Tibi jam, *Venlöa*, propinquant,
Teque premunt, quatiunt victricia ſigna Leonum.
Non *Moſa* Te tutam ſpatioſo flumine reddit,
Nec te conſervant altiſſima mœnia ſartam;
Uſta cadis, veniamque rogas, datur illa precanti:

Nun-

Van hen, die 's viands ſtéèn, die 's viands vlooten dwongen.
O God Apol! op dat deeze oorlog werd' gezongen
Naar eiſch van trant en maat, toont toch uw Dichter gunſt,
En, Nimf Calliope, die d'ander rei in kunſt
Noch overtreft, aij wilt ſijn herts-tocht zó ontſteeken,
Op dat hy waardiglijk van waarde dáàn mag ſpreeken.
Gy, *Keiſers-Weert*, gy ſtrekt getuige, als eerſteling
Der oorlogs-vruchten van God Mars, gy ſtondt den kling
En toorn ten droevig doel, naa veel' beurtvalligheeden,
Niet zonder ſweet en bloed; gy hebt in 't eind geleeden
Uw uiterſte bederf, wanneer ge door de kracht
Van wapenen tot aſch- en puin-hoop wierdt gebracht.
Ach! hoe elendig raakt den onderdaan in lijden,
Wanneer den Overheer al 't onbeſuiſd bezijden
Het ſpoor der reden dwaalt, en zich met al ſijn volk
Van voorſpoeds top-punt in des wanhoops naare kolk
Moedwillig nederſtort! Nu komt de Leeuw uw' daken,
O *Venloo!* met ſijn klauw al brieſſchende genaaken;
Hy ſchudt de krulle maan van fieren overmoed:
Boog nu niet, dat u *Maas* met ruimen ſtroom behoedt,
Noch dat uw' veſten, en uw' hooggebouwde wallen
U konnen veiligen: gy zijt alréè gevallen,
Gy brandt nu lichterlaij, doch bidt als wel beráàn
In tijdts om lijfs-genáà, en 't wordt u toegeſtaan;
Want noit ſal d'ed'le Leeuw op den gevelden woeden.
Aanſtondts ſal *Stevens-Weert* des oorlogs felle roede
Gevoelen; wijlſe wordt te vuir en ſwaard ontzegt;
En ſchoonſe ronds-om met veel krijgs-volk is belegt,
Met hoogen trans voorſien, en diep gegraaven grachten,
Noch heeft de Winnaar ſchaars vier dagen tijds te wachten

Nunqnam proſtratum laniat Leo nobilis hoſtem.

Inſula mox *Stephani* ferro oppugnatur & igne,
Vallis præcincta excelſis, foſſaque profundâ;
Vixque dies quatuor Victorum vota moratur;
Expugnata jacent invicti moenia Caſtri.

Hinc Te ſæva manent, *Rurmunda*, incendia, cædes,
Maturâ certam ni deditione ruinam
Avertas miſera, & juſtam amolirier iram
Victorum precibus tentes: Prudenter, eâdem,
Quâ quaſſata gemis, domitam te luce fateris.
Vincere tam pulcras ſpectantibus hoſtibus Urbes;
Prendere tam paucis tot fortia caſtra diebus,
Hoc non eſt legere, at palmas rapuiſſe decoras,
Atque catenatos ſecum duxiſſe triumphos:
Hæc ſuperant vota. At nondum *Bellona* quieſcit;

Ar-

Naa d'overheering, of 't onwinnelijk Kasteel
Valt aan den Leeuw en aan sijn bondgenoot ten deel.
Hier door staat u, *Roermond*, een droevig lot te lijden
Van brand en nederlaag, indienge niet by tijde
Uw wis verderf door een verhaaste òvergift,
Rampsalige, afkeert en der Winnaars woede en drift,
Met innige gebéèn en traanen, poogt te wenden:
Gy doet voorzichtig; want dien dag, als haare benden
Uw vest beschieten, zo bekent gy dat haar magt
Uw trots getemd heeft, en u onder heeft gebragt.
Zoo schoone Steeden, in 't gezicht zelfs van de Fransen
Te winnen, en zoo veel' Kasteelen, sterke schansen
In weinig dagen tijds te neemen, zulks de daad
Het snel geruchte schier geen adem haalen laat;
Dit is geen Lauwer-bláàn langsaamer hand afplukken,
Maar gansche tellegen, als met geweld, afrukken,
En zelfs den zegenpraal geketend aan de hand
Te leiden. 't Overtreft ons wensch, en ons verstand.
Noch is *Bellone* niet te vréèn; zy heeft noch dingen
Van méèr belang in 't hoofd; zy wil noch dat men dwinge
Voor Winter-tijdt, de twee Kasteelen der Stad *Luijk*,
Welks Burgeren, helaas! te schendig in den fuik
Geleid zijn door haar Vorst. Wat straf toch? de verwaaten
Swerft zelfs nu ongeacht, en balling sijner Staaten.
Daar is een Berg, die met haar trots-verheeven kruin
Tot aan 't gestarnte schijnt te steig'ren, op welks kruin
En hooge rug een groot Kasteel legt, met haar' muiren
En sterke toorns, gemetzt om eeuwen lang te duiren,
Bebolwerkt; nauwlijks aan een eenige soldaat
Toegangklijk; min, als men met duisenden opgaat.

Ardua res agitur: Duo fortia caſtra *LeodI*
Ante hiemem ferro reſtant flammiſque domanda.
Mons eſt, aëreo qui vertice ſurgit ad aſtra,
Hujus in excelſo, factum mirabile, dorſo
Ingens Caſtellum, muris ac turribus altis
Munitum, pendet; vix acceſſibile ſoli
Armato, nedum tot millibus: Eſſe putares
Gentem aliàs undis ſuetam, pelagoque natare,
Nunc avium genus, & montes ſuperare volando;
Tantus amor pugnæ, vincendi tanta cupido.
Ergo iterum exultans latis Mavortia campis
Procedit Pubes, armis fulgentibus ardent
His colles, illic valles, flumenque propinquum:
Mox acies furit in ſummo Vulcania monte,
Fulminat ignipotens *Coehornius*, omne quod obſtat

De-

Gy zoudt ſchier waanen, dat dit volk 't welk op de Baren
Der zee gewend is, en daar allerleij gevaaren
Des doodts te tarten, of gelijk het waterpaard
Uit luſt in 't ſwalpend ſchuim te ſwemmen; nu den aard
Der vogelen had aangenoomen, die met pennen
Zo ſnel als arenden den ſteilen berg oprennen;
Dus brandt in hen begeert tot eere, en het gevecht.
Gy ziet dan Mavors krooſt blijmoedig, regel-regt
Den viand toetréèn; het is even of de dalen,
De heuvels, naaſte ſtroom, door 't brallen van de ſtraalen
Der glinſterende roers en klingen branden: maar,
Als in een oogs-blik, ſtreeft d' ontſachchelijke ſchaar
Op 't top des Bergs; alwaar Heer *Coehoorn*, die de krachten
En werkingen van 't vuir verſtaat, fluks, ſonder wachten,
Al wat hem tegenſtond ter neder-blikſemt, brandt,
Verſcheurt, om ver werpt, en den viand onder 't zand
Bedompelt: alles met zoo yſſelijk verſchrikken,
Met vlam en dikke rook, die menig een déè ſtikken,
Vervullende, dat zelfs de berg haar droef gezucht
Liet hooren; de valeij, en 't aangegrenſd gehucht
Wéèrgalmden ſchriklijk van den naagebootſten donder;
Men zag, dat zelfs het boſch, noch even groen, O wonder!
Begon te branden. Hier, hier valt het waarlijk heet.
Athlone, die nu des *Staats Maarſchalks-ampt* bekleedt,
En *Marlbouroug*, wiens ſorg dat Engeland haar' ſchaaren
Had toevertrouwd, als twee fiere oorlogs-blikſems, waaren
Met overmoeide vlijt ſtáàg bezig, om haar volk,
Schoon drieſt, te moedigen. *Coehoorn*, als in een kolk
Van vuir geplaatſt, vermalt den hemel ſchier en d' aarde;
Pluto en Proſerpyn, die roepen als vervaarde

Van

Dejicit, incendit, lácerat vallumque Virosque,
Cuncta replet fumo, flammis, terrore, ruinis:
Mons ipse ingemere auditus, reboare tonitru
Immani valles, sylvæque ardescere visæ.
Et verè jam fervet opus: Duo fulmina Martis,
Anglos *Malbrugius*, Belgas *Athlonius* urgent:
Flammifer in medio residet *Coehornius* igne,
Vi tormentorum coelum terramque fatigat,
Horrendoque fragore vel ipsum territat Orcum:
Ardentes globuli, lapides ceu grandinis imbres
Omni à parte ruunt, crepitantia sulphure poma:
Terribiles edunt strepitus, incendia latè
Tecta vorant, tabulata ruunt: vix Ilion usta,
Vix tales experta faces incensa Saguntus.
At velut immensi cum viscera ponderis Ætna

Flam-

Van schrik om hulp, terwijl het swangere metaal
De dood baart, en niet dreigt als vreeselijk onthaal.
De glóènde kogels, gruis van steen, en swavel-ballen
Ziet gy van alle kant, als hagel-regen vallen;
De hand-granaat maakt gins een grouwelijk gedruis,
Het alverteerend vuir vliegt daar van huis tot huis,
En doet de daken met de solderingen vallen,
En alles onder zich verpletteren. De wallen
Van 't Phrygisch Troijen, noch het Spaansch Saguntus heeft
Schaars zulken brand van Griek, of Afrikaan beleeft.
Gelijk als Ætna uit haar' diepe sulfer-kolken
Een magt van steen, een zee van vlam, en swarte wolken
Met schrikkelijk geloeij opdrijft tot aan 't gestarnt,
Waar door 't nabuirig Land en Stad en Dorp verbarnt,
Zoo weet Heer *Coehoorn* 't geen hem tegen is te dwingen.
De vierde dageraat van deez' belegeringe
Was nu gekomen, als in d' algemeene Raad
Des Krijgs beslooten wierd, de vesten met 'er daad,
Den degen in de vuist, manmoedig op te streeven,
En al wat wéèrstand biedt door 't lemmer te doen sneeven.
Men valt dan moedig op de sterke vesting aan,
Doch zij kan 't eerst geweld, en storm niet wederstaan
Van helden reeds gewoon te sterven, of te winnen;
Maar geeft zich op, het schijnt schier ongelooflijk, binnen
Den tijd eens uirs, en toont aan 't overwinnend heir
Veel' stapels dóòn, zoo hoog als heuvels, en een meir
Van vlietend bloed, of noch versch gudsend uit de wonden:
Want d' Overwinnaar heeft by rekening bevonden,
Dat van drie duisenden des viands op 't Kasteel
Een menigte door 't staal gesneuveld, en een deel

Flammarumque globos, piceas è pectore nubes,
Horrendo eructans mugitu, ad sidera volvit,
Vicinumque solum, vicos devastat & urbeis:
Sic domat infestis *Coehornius* obvia flammis,

Quarta dies aderat coeptæ obsidionis, & omne
Consilium votumque sedet, vi scandere valla,
Ferro aperire viam, flammis exscindere castrum,
Et bello captos ostendere civibus hostes.
Fortiter invadunt Arcem; cadit impete primo
Assultuque virûm, queîs dudum vincere suetis,
Sive mori nullæ turres aut valla resistunt,
Arx spatio unius, res incredibilis, horæ
Ac obsessorum tria millia capta, vel ense
Cæsa, vel usta jacent. Non horas sustinet octo
Victorum impressus magnum & memorabile fanum

Car-

Elendiglijk verbrand; de reſt gevangen waaren.
Voorts voert de Winnaar ſijne alom gevreeſde ſchaaren
Naa 't tweede Slot, voormaals een Klooſter, bijgenaamd
Naa den *Carthuiſers*, en ook rijkelijk befaamd
Door waan van heiligheidt, doch nu voor d'oorlogs-knechten
In nood een laatſte wijk; maar deeze, door 't berechten
Van 't lot der makkeren veel wijſer, bidden om
Genaade, met het ſlaan des tekens op de trom
Van oorlog: naa 't belegh van ſchaars acht uiren geeven
Zy zich den Winnaar op behoudens lijf en leven;
Daarom niet minder tot haar onuitwiſ'b're ſchand:
Zo kwam, *zo zag*, *zo won* de Leeuw van Nederland.
Gelijk een ted're haas vol vreeſe, of vuige daſſe,
Op het aanhitzen van de honden en haar baſſen,
Sijn heil in holen, en op ſijne loopers ſtelt,
Zo ruimt de Franſman en de Spanjaard voor ons 't veld,
En ſluit zich angſtig op in grachten en in wallen.
Nu komt de *Maaze* met méèr vrijheidt nedervallen
Aan Néèrlands kuſten, en betuigt met *Waal* en *Rhyn*,
Door lieffelijk geruiſch, haar vreugde, om datſe zijn
Door *Hollandts* dapperheidt, van *Vrankrijks* ijſ're boeijen
En *Spanjens* ſlavernij verloſt; haar' wat'ren vloeijen
Veel vlugger als voor heen; hen is tot dankbaarheidt
Van 't Water-Godendom heel plechtig opgeleid,
Gelooft het vrijelijk, om allerhande waaren,
Met onvermoeide vlijt, van elders op haar' baaren
Nu hier, dan derwaarts heen te voeren, en haar wed
Altoos te vrijen van verloopen; 't geen belet
Mogt geeven in het gaan naa binnen, of naa buiten,
En noit met *Nederland* den handel wéèr te ſluiten.

Carthuſianorum, licet haud ignobile Caſtrum:
Deditur, & ſalvo cuſtodia corpore, ſalvâ
Libertate ſuas ad ſedes victa recedit.
Sic *Venit*, *Vidit*, *Vicit* Leo Belgicus hoſtes.
Haud ſecus ac damæ timidi, leporesve tenelli
Imiſſis ſubitó canibus turbantur, & omnem
In notis ponunt latebris, pedibusve ſalutem,
Sic Galli a Belgis, pavidique fugantur Iberi,
Seque ſuis claudunt vallis foſſisque, trementes
Caſtra fovent, patrias ſpectant incendier Urbes.
Jam *Moſa* liberior Belgarum allabitur oris,
Cum *Vahali Rhenus* læto ſperata ſuſurro
Gaudia teſtantur, ſua libera colla gerentes,
Gallorum ruptis Batavâ virtute catenis,
Hiſpanoque jugo: triplici jam flumine merces

Om

In mid'len tijde had de ſchrand're Koningin
Van *Engeland* met ons doorluchte *Staat* een zin
Om een talrijke vloot op 't ſpoedigſt uit te ruſten,
Gevuld met Scheepliên en Soldaten, om de kuſten
Van *Spanjen* aan te doen. Fluks ziet gy d' Oceaan
Met tweemaal hondert en meer Schepen ſtout beſlaan,
Neptuin, verwondert van 't geweld, begint te vreezen
Voor ſijnen drietand, maar als hy wierde onderweezen,
Dat deeze magt diende, om den *Franſman* en *Maraan*
Met ernſt te ſtraffen van haar' gruwlijke euveldáàn,
Laſt hy ſijn' Tritons om de ſcheepen door de baaren
Te torſen op den rug, waar 't hen gelieft te vaaren.
Men ſtevent dan regt-ſtreeks naa *Cadix* haaven toe,
Daar eertijds Herkules, van arbeid nimmer móè,
Door 't klieven eenes bergs, *Europa* heeft geſcheiden
Van *Afrika*, en *Amphitrite*, tuſſchen beiden
Calpe en *Abijla*, in het midden van het land
Doen vloeijen; daar hy ook twee pijlaars heeft geplant,
Ten teken, of men daar aan 't einde was gekoomen
Der wijde waareld: Maar ons Helden, die de ſtroomen
Veel verder zijn bekent, die durven ook beſtaan,
Meer als oit *Theſeus* of *Alcides* heeft gedaan.
Hier werptmen 't anker van de boeg, de réè en ſtranden
Des viànds zijn bezoomd met Scheepen, die het landen
Aan d' onſe poogen te beletten, doch om niet:
Want wijl men uit ons grof geſchut vervaarlijk ſchiet,
Zoo treedt ons manſchap door deez' gunſt te land. De Steden
En vaſte burgten van den *Spanjaard*, naaſt deez reede
Gelegen; geeven zich vol ſchriks ſchier zonder ſtoot
Voort op: zelfs *Cadix* heeft in deez' benauwde noodt;

Omnigenas aliunde vehunt, revehuntque viciſſim,
Et præcluſa diu reddunt commercia Belgis.
  Interea ingentem Regina paraverat ANNA
Cum Belgis claſſem, nnmeroſo milite fartum.
Navibus Oceani dûcentis ſternitur æquor;
Miratur molemque ſtupet Neptunus in undis.
Tenditur ad *Gades* recta, Herculeasque columnas:
Plus ultra auſuri Heroës, quam Clavifer olim
Alcides, Theſeusve ferox, ſi juſſa vocarent.
  Hac Gaditanas cnm claſſe venitur ad oras,
Anchora de proris jacitur, littusque coronat
Longa ratum ſeries inimicûm, proxima caſtra,
Oppidaque hoſtili adventu ſe territa dedunt,
Ipſæ etiam *Gades* trepidant: Cum nuntius aures
Implet ab Heſperiis, Gallis ductoribus, Indis

Claſ-

Wanneer de vlugge Faam, die zó veel'heldere oogen,
Als snelle vleugels heeft, die 's daags zich in den hoogen
Onthoudt, en wed'rom 's nachts in 't midden van de lucht
Nu her- dan der-waarts sweeft, en 't allerminst gerucht
Met zoo veele ooren hoort, onse onverschrokken Helden,
Onledig met haar werk, in aller yl kwam melden,
Hoe dat de Zilver-vloot, door *Vrankryks Admiraal*
Geleid, en swaar gelâân met kostelyke praal
Van koopmanschappen, met een voor-wind door de baren
Was in een haven van *Gallicien* gevaaren;
En dat de ryke Vloot een ongemeeten schat
Van louter zilver en fijn goud in zich vervat,
Méèr waard als *Croesus* oit en *Midas* had beseeten.
Naa zij zich deezer wijs had van haar plicht gekweeten
Stuift ze ylings in een wolk. Zoo aanstonds geeftmen last
Aan zeeman en soldaat, om op het allerrast
Aan boord te koomen, en het anker op te winden,
De zeilen voor de mast te brassen, uit te binden.
Daar legt een Stad in 't Ryk *Gallicien*, welks naam
Eerlang noch nauwelijks bekend was, maar de Faam
Heeft ons verstendigt, dat die *Vigo* wordt geheeten
Van 't *Spaansche Volk*: alwaar het strand, van een gereeten
Door wijden boezem eens riviers, een veil'ge réè
Voor alle scheepen, die het onwéèr daar op zee
Beloopt, verschaft: zy wordt bekwaamelijk bestreeken
Met swaar kanon eens sterk Kasteels, niet licht te breeken
Door viandlijk geweld De *Fransche Admiraal*
Met d'oorlogs-scheepen en gaaljoenen altemaal
Uit *Spaansch West-Indiën* nu onlangs aangekoomen,
Had zich tot zekerheidt vertrokken op deez' stroomen;

Om-

Classem Argentiferam pretiosâ merce repletam,
Ingens argenti synceri pondus & âuri,
Divitias Croesi secum, Midæque vehentem
Galliciæ portum Zephyro subiisse faventi.
Continuó miles, pubesque marina jubentur,
Expositi in terrâ, quantó ocyus inde redire
Ad classem; ex imo jam tollitur anchora fundo,
Velaque panduntur dubiis albentia ventis.

Urbs est Galliciæ, pridem vix nomine nota,
Vigonem Hispani appellant, tutissima cunctis
Navibus hic Statio est, ubi lato fluminis ore
Fractum dividitur littus, portumque carinis
Opportunum aperit, valido munimine tectum.
Huc se contulerat tota cum classe reversus
Nuper ab Occiduis *Chato-Renautius* Oris,

Ex-

Om af te wachten, wijl hy goede voorzorg draagt,
Wat beide *Koningen* genaadiglijk behaagt,
Met zoo veel duisend pond aan goud-en zilver-baaren
Te doen, als ook met zoo veel'kostelijke waaren.
Rooke en *Almonde*, die 't onzachlyk zee-geweld
Der *Koningin* en *Staat* in handen was gesteld,
Bekruissen onder des de zidderende stranden
Van 't veeg *Gallicien*, terwijl haar' herten branden
Om aan 't gevecht te zijn. *Vigo* legt in 't verschiet;
Waar by men nu allengs de *Spaansche* wimpels ziet
Afwaaijen van 't toppet: die 't naader by beoogen,
Die waanen schier zoo groot getal van Hemel-hooge
En vlottende Kasteels t' aanschouwen, gelijk zij
Nu trotse kielen hier zien dobb'ren op een rij
Ook toont zich nu alréé met wijd-gesparde keelen
't Dood-dreigende Kanon, in ordre op karaveelen,
En langs de strand heen op róó-paarden net geplant;
Het swermt van Krijgs-volk op het bijgelegen landt;
De mond des strooms is met een keten toegeslooten,
Tot zek're hoede van de *Spaansche* en *Fransche* vlooten,
Die, ses en dartig sterk, haar wachten met een moed
Den schat te waaren' of te sneuv'len op de vloed
Van *Rodondello*; jaa veel liever onbesweeken
Den rooden Haan in al de kostlijkheidt te steeken,
Als immermeer de schand en hoon te lijden, dat
Hollands-en *Engels-man* wierd meester van een schat,
By beide Koningen alréé geschikt met reden,
Om goude *Flipsen* en *Lowijsen* van te smeeden.
Deez' swaarigheeden nu manmoedig t' ondergaan,
Dit is een werk, het welk Jupijn nauw zou bestaan:

T Want

Exſpectaturus Regum mandata duorum,
Ecquid de pondo fieri tot millibus aúri
Argentique velint, ecquid de divite merce.
Rokius interea totâ cum mole marinâ,
Fortis & *Almondus*, quibus Anglo-Belgica paret
Claſſis, Galliciæ trepidantia littora radunt.
Eminus apparet *Vigo*, volitantia coelo
De ſummis ſenſim ſpectantur apluſtria malis:
At propius totidem fluitantia caſtra putares,
Quot Caravella vides ſuper æquore nare ſuperba,
Jamque patent lato tormenta minantia rictu,
Ordine poſta ſolo, longo ordine poſta carinis,
Gallorumque rateis ad bella marina paratæ;
Sex & ter denæ lato ſtant flumine puppes
Roboreis ſepto tignis, validâque catenâ;

Ar-

Want in de *Reusen-krijg* toen wierd hy slechts bestreeden
Van lompe monsters, die met onbeschofte leden
Onguire brokken steen in 't wild door zwerk en lucht
Heen slingerden; daar deeze aartz-viand is berucht
Den bliksem van Jupijn en donder t' evenaaren
Door 't grof geschut. Dit doet ons Helden niet vervaaren;
Zy houden Scheeps-Krijgs-Raad, waar in als met een mond,
Eenpaarig wierd gestemd den viand zo terstond
Aan boord te klampen, hem te vuir en swaard te delgen,
Sijn eigen ontrouw bloed' of waater te doen swelgen,
Haar' hulken in den grond te booren, of vermand
Gevangkelijk met zich te voeren naar ons Land.
Fluks scheidt de Krijgs-Raad. Elk begeeft zich met chaloepen,
En voort de valreep op aan 't hoofd van sijne troepen.
Men toeft niet langer: want *Ormond* en *Spar* trêen voort
Op 's viands bodem met het braafste volk, van boord
Met zich genoomen, en bedwingen, met den degen
In hand, de sterkten, naast aan strand en stroom gelegen:
Terwijl van *Hobson* al het paalwerk, op het hert
Des afgrondts ingeheid, in yl verbrijzeld werdt,
Werdt ook het Keten-slot door *Vander Goes* gebrooken.
Dit geeft hen ruimte om den viand te bestooken
Van naader by. Nu kiest zich elk een Schip en Man.
't Geluk geeft aan de deugd de overwinning van
Den strijd. In het begin loeijt d' aarde door den donder
En blikzem van 't Kanon; het water springt van onder
Uit haare kil, en spuwt al trillende het zand
Hoog in de lucht; daar naa zo zietge 't meeste wandt
Des viands rooken; voorts de gansche lucht betrekken
Als met pek-swart veloers; naa 't akelig bedekken

Armatoque ſcatet vicinum milite littus.
Hoc opus, hic labor, hæc obſtacula vincere, ſummus.
Una tamen cunctis ſententia protinus hoſtem
Aggredier, ferro claſſem, vel perdere flammis,
Mergere, vel capere, & captas abducere naves.
Nec mora; delecto cum milite, claſſe relictâ,
Ormondus, *Sparruſque* premunt hoſtilia plantis
Littora, vi capiunt munimina proxima, pulſis
Præſidiis, aditumque parant; dum tigna revellit
Hopſonius paloſque quatit; frangitque catenas
Goeſius, & ſibi quiſque legit navemque virumque;
Virtuti fortuna viam parat, atque triumphos.
Principio tonitru, horrendo cum fulmine, mixto
Omne fremit littus, pelago ſalit unda trementi:
Tum totum piceo tegitur velamine coelum:

Mox

Des Hemels ſpeurtge een vuir, dat zeer verſchriklijk barndt,
En met ſijn' vlammen holt als golven naa't geſtarnt.
Chateau Regnault vol ſpijt en t'eenmaal buiten hoope
Stak eerſt ſijn Schip in brand, en borg met weg te loopen
Ter nauwer nood het lijf; dit doodelijk voorbeeld werdt
Van veele naagevolgd, hoe zeer de ſchâà hen ſmert.
Hier door geſchiet een on-gehoorde nederlaage;
Een deel der Schepen wordt te morzelen geſlaagen
Op klippen, ofte zinkt; een deel raakt op het droog;
Een deel verbrandt, of wordt genoomen voor het oog
Des viands, die met ſchand den zee en 't veld moet ruimen.
Gelijk een Arendt, op ſijn' ſnel-gevlerkte pluimen
Heen drijvend in de lucht, een weereloofe hoop
Van duiven aanvalt, en gelijk als ſlechts ter loop
Verwoeſt, verſcheurt, verſlint, en met bebloede klauwen
Het lillende ingewant weet met ſijn bek te knauwen;
Zo is de *Spaanſche Vloot* verbrand, verwoeſt, geſleurd,
Zo is de *Franſche Vloot* verbrand, verwoeſt, verſcheurd.
De droeve tekens van dit bloedige beſpringen
Zaagt gy van over al; de arme drenkelingen,
Gebrooken maſten, met de zeilen en het wandt,
Campanje, en ſpiegels, uit deez' hel-gelijke brandt
Ontkoomen, overloops, de voor-en achter-ſteven,
De doſten, verkens, vol van wijn en water, dreeven,
En dobberden door zee geverfd met menſche-blòed.
Hier is ook voor Vulkaan een vetten oegſt, hy woedt
Ontoomlijk, onbezuiſd, met los-gevierde teugelen,
Daar is geen houden aan, hy vliegt, als had hy vleugelen,
Van 't eene deel des Schips naa 't ander, hy verſlindt
Brood-Kamer, en Kombuis; waar naa hy zich bevindt

Mox ingens inter fumos evolvitur ignis.
Ipſe ſuam primus *Chato-Regnautius* arcem
Deſperans incendit, abit; ferale ſequuntur
Ductores alii exemplum; Hinc foediſſima clades:
Mergitur hæc, tædis injectis uritur illa:
Pars ſcopulis alliſa perit, pars hæret arenis,
Pars capitur; terrâque hoſtis pelagoque fugatur.
Haud ſecus ac falco, aut magni Jovis armiger ales
Imbellem volucrum turbam, ſi forſan adorti,
Dejiciunt, rapiunt: lacerant, roſtriſque cruentis
Dilaniant, ſtragemque infeſtis unguibus edunt;
Sic rapitur, capitur, laceratur claſſis Ibera,
Sic rapitur; capitur, laceratur Gallica claſſis.
Undique ſanguineas fluitant monumenta per undas
Infandæ cladis: proræ puppeſque crematæ,

Ma-

By 't doodlijk poeder, 't welk den meester nam het leven,
Die het eerst achting in de waareld heeft gegeeven;
Hier had hy 't naa sijn wensch, en naa sijns herten zin:
Want nauwlijks trad hy tot de duist're kelder in,
Of déè van stonden aan zo grooten vuir ontsteeken,
Dat by sijn smitte wel kon worden vergeleeken,
Als hy in *Lipara* met *Brontes* staat en werkt,
En't koude gul metaal in gloeijende ovens snerkt:
Maar hier, hier was die vlam van ongemeene schaade,
Zij wierp de kielen met geweld, schoon swaar gelaaden
Met onverreplijk wigt en menschen, uit de kolk
Der zee, met groot gekraak en loeijen, door de wolk,
En smeetze we'drom néèr als kegels, en als vlokken
Van sneeuw by wintertijdt, doch glandig, wijl de brokken
En half-gebraaden léèn van mannen, over zee
En aard geworpen, aan den bijgelegen réè (nen;
En scheeps-vloot 't allerwreedst moord-schoutoneel vertoo-
't Medoogenloose vuur wou niemant schier verschoonen.
Ach welk een aansien! welk een brand! en welk een schrik
Aan 's viands overschot! als in een oogenblik
Van frisch verminkt en lam' van rijk beroijd geworden!
De glóènde stukken van den droeven schipbreuk snorden
Thans onophoudlyk; kort: 't was of de waareld wéèr,
Met al 't Hoofd stoflyk, tot den eersten klomp haar keer
Wou nemen; 't water was met vuir, de lucht met aarde
Vermengt; *Bellona* woedt zo lang te vuur en swaarde,
Tot dat geen vaartuig van den viand over was;
Maar alles was vermand, verdelgt' gelegt in de d'asch.
Carthago's vloot, dicht aan de *Siciliaansche* stranden
't Eerst door Duillius wel eer verovert, brande

Malaque cum tranſtris, tabulataque fracta carinæ,
Indomitum furit immiſſis Vulcanus habenis:
Obvia cuncta vorat per pinguia pabula graſſans;
Ponderis immenſi totas è gurgite puppes
Sulphuris accenſi vi tollit ad æthera, & inde
Fruſta nivis ritu, ſemuſtaque membra virorum
Diſpergit latè, terramque ſalumque cruentat.
Heu qualis facies! heu quanta incendia! quantus
Horror ubique fragorque, virûmque ratumque ruinæ!
In primum rediiſſe Chaös elementa putares:
Undas cum flammis mixtas, cumque æthere terram:
Nec finis cladis, donec ratis una ſuperſit.
Non adeò Siculis Poenorum claſſis in undis
Arſit, ab intrepido primum ſuperata Duillo;
Neve tot exuſtas, captas Salamina carinas

Vidit

Op ver na niet zo fel: En *Salamina* zag,
Op het Ægésche meir, naa die vermaarde ſlag
En moordt der Perſen, niet zo veel' verbrande kielen,
Toen Xerxes Griekenland wilde in den grond vernielen.
Erinnert u nu eens *O Franſman! O Maraan!*
Hoe gy uw' Burgers, gy d' onnoſ'le *Amerikaan*
Eertijdts, en heden rooſt met uitgezochte treeken,
En zijt verzekerd dat de Góòn het kwaad-doen wreeken.
Ik zal de nederlaag der *Franſen*, op het veld
By d' Italiaanſche veſt *Luzara*, door den Held
Eugenius gewrocht, niet wederom verhaalen;
Noch ook de wapens, en 't roemruchtig zegepraalen
Des *Roomſchen Konings* van de gâloos-ſterke Stad
Landau, in *Duitslandt*; en veelmin gewaagen, dat
De *Vorſt* van *Baden*, eerſt kracht-daadiglijk beſprongen
Door 't *Franſche* Leger van *Villars*, hem heeft gedwongen
Om met veel ſchaamte en ſchand wéèr over *Rhijn* te gaan:
Dewijl dit onderdaags op 't deftigſt is gedaan
Van den Heer *Ghemmenich*, in Oud-Romeinſche dichten,
Die voor den *Mantuaan* in zuiverheidt niet zwichten.
'k Zal ook niet melden, hoe veel' Schepen door de Schout
By nacht van Engeland, Heer *Bembouw*, met een ſtout
En onverzaagd beſtaan, op ver-geleegen ſtroomen
Van 't Weſten zijn vernield, verbrand, en weggenoomen:
Noch ook haar vlucht van *Hulſt*, noch trouweloos verraad
Op 't *Nieuwe-Megen*, als een zeer gewoone daad (ken
Van't wuft, bond-breekend Hof des *Franſchen* Haans, geden-
Mijn Zang-Godin begint mij alréè toe te wenken,
Dat zy door overvloedt van glorij-rijke ſtof
Genoeg gemat, en veel te heeſch is, om den lof

Vidit in Ægæo, profligatis, æquore, Persis:
Xerxe mari exitium terrâque minante Pelasgis.
Non repetam cæsos *Luzaræ* ad mœnia Gallos,
Principis *Eugenii* virtute, ac robore dextræ
Invicto; neque debellatam fortiter Urbem
Landavium auspiciis *Romani Regis* & armis;
Nobile principium *Juvenis*, felicius omen!
Hæc aliàs alio cantavi carmine lætus;
Non Gallos Rhenum retrò transire coactos:
Neve quot Hostiles *Bembovius* ussit in undis
Occiduis, cepitque rates, quot castra cremavit
Hic latè referam, tantarum pondere laudum
Fessa silere jubet, Vatemque quiescere, Musa.
His actis, Proceres belli pacisque supremo
Edicunt meritas *Arbitro* solvere grateis,

Gau-

Van Néérlands Helden-dààn in hooger top te voeren;
Ook hoortze, naa haar dunkt, den Winter-trom al roeren,
Die Mavors knechten van den arbeid tot de rust
Komt noodigen, om van den viandlyken kust
Naa d'eigen haardstéèn, Vrouw, haareOuders, lieve kinderen
Te koomen, en de léèn, die koude in 't veld mogt hinderen,
Aldaar met meer gemak te koesteren, wijl zy,
Naa 't overbragt gevaar, haar' daaden op een rij
Den vrinden dagelijks in veiligheid verhaalen;
En vaak geen kleintie met haar' dapperheeden praalen,
Maar waarelijk; daar is uitstekend veel gedaan,
En twijfelt gy, gelooft het kan er' nu op staan.
Naa deeze voorspoed ziet zy aanstondts alle *Vaderen*
Van 't lieve *Vaderland* plecht-staatiglijk vergaderen:
Met ernst beveelend' om in waare ootmoedigheidt
Den Scheidsman van den Krijg en Vréè, dien wy 't beleid
Van onse wapenen verschuld zijn, te bedanken:
En ongeveinsde vreugd, doch zedig, met de klanken
Van klok-en snaarenspel, met 't zwangere metaal,
't Welk nu de schrik vervormt in lieffelijk onthaal,
Te toonen, door 't gebiedt der vrije Nederlanden.
Fluks ziet gy d' onderdaan van vrool'ke herts-tocht branden,
Wijl hy als Winnaar op een nieuwe schutsmuir boogt,
Den *Maas* verzeekerd, ook ons Staaten heeft verhoogt
Met 't *Spaansche Gelder*, en den viand voort met schande
Ver van ons grensen, ver gedreeven van den Lande.
Gelijk de Schilders in haar' schilderijen doen;
Zo siert een Dichter ook met lofwerk en festoen
Sijn' zangen; schoon weet dat Roomsch-Heidensche Afgoden
Hem geenzins tot behulp in vinding zijn van nooden.

Gaudia per Patrias celebrari publica terras;
Exultatque novo populus munimine Victor,
Assertâque Mosâ, dum Gelria cessit Ibera;
Et procul a patriis depulsus finibus hostis.

Da, Deus omnipotens, accedere mille tropæa
Jam partis: Hostem da debellare superbum;
Quo stet sancta Fides, Respublica floreat aucta,
Et nomen laudemque Tuam celebremus ovantes.

Ita ovat

P. DE GHEMMENICH.

ICtus Frif.

IN EFFIGIEM

Exellentissimi Baronis COEHORNII &c. &c.

VUlcano, Marte, & formatum Pallade pectus
Hæc, si quis quærat, parva tabella refert.
Mars animos finxit, docuit vim Mulciber ignis.
Artem bellandi Diva Minerva dedit.

P. de GHEMMENICH.

De waare God geev' dan oneindige troféèn
By die wy 't loopend jaar op 's Viands vloot en ſtéèn
Bevochten. Hy gebied' ſijn zegen uit den hoogen
Op onſe heirkracht, dat die, in het oorelogen
Sijn Heilig Woord en dienſt verdaadigend', 't geluk
Aan zy voer', en noch eens den droevigen uit druk
Verloſſe, die om 't waar geloof aan yſ're keten
In naaren kuil, of op galeijen zijn gezeten:
Daar zuchtende, tot zy door 's beuls te wreede hand
Geknot, geteeſt, geblaakt, als mutzaards zijn verbrand.
God gun doch, is 't ons nut, dien trotſen, dien verwaaten
Aartz-Ketter, die de Kerk in 's Heilands ledemaaten
Verwoeſt, eens zo te ſlaan, dat ſijn meineedig woord,
En ſtáàge Bond-breuk noit ons ſtille ruſt verſtoort:
Op dat het eenig rein geloof in vreede groeije;
Ons Al-gemeene-beſt vermeerderende bloeije,
En wij Gods groote Naam nu, en tot aller ſtond
Blij-juichchend prijzen met ons dáàn, ons hert, ons mond.

J. SANDE.

Op het AFBEELTSEL

Van den ſeer voortreffelyken Baron van COEHOORN.

(Beeld,
SChouw COEHOORN hier in 't kleen, dat groote wonder
Van Mars, van Mulciber, en Pallas voort geteeld.
Mars gaf 't manmoedig hart, Vulkaan het vuursgewelt,
En Pallas d'oorlogs konſt, aan dees doorlugte Held.

M. v. DOTING.

NÆNIA

in præmaturum atque luctuosissimum obitum
OPTIMÆ SPEI PRINCIPIS

WILHELMI GEORGII FRISONIS

PRINCIPIS NASSAVIJ &c. GUBERNATORIS
FRISIÆ HÆREDITARIJ &c. &c. &c.
FILII PRIMO GENITI.

DENATI

XVI. Cal: Jul: circa tertiam matutinam CIƆ IƆ C LXXXVI.



T volvit fortuna vices! Sors altera sortem
Impellit, fixo nil stat in orbe pede;
Lætitiam dolor insequitur, spes læta dolores,
Omniaque instabili turbine fata trahunt.
Nuper ego, indulgens genio, festisque Camænis
Natalem cecini, FRISO BEATE, tuum,
Augustasque meâ, media inter jubila, Musâ
Gratabar Cunas, hoc, simlive melo.
Euge bonis avibus succrescas Pusio Princeps,
Delitiæ Matris, Patris imago tui,

Et

Et patrio exemplo Proavum virtutibus inſtans,
Friſiaci fias gloria, FRISO, ſoli;
FRISO, Juventutis Princeps, Spes prima Parentum,
Solamen populi creſce, adoleſce, vale.
Sic mihi privatim tum ludere, talia læto
Gaudia, vix ullo teſte, fovere ſinu.
O utinam Vates ego tum, o ſi vota, preceſque
Exaudita forent, FRISO, Superſtes eras:
Nec mihi fatali Laurus mutanda Cupreſſo,
Nec toga lugubri ſyrmate nexa foret:
Aſt nunc optatis rerum ſucceſſibus, eheu!
Vota carent, eheu! ſpes reſecata jacet:
Nunc riſum lacrimæ excipiunt: Suſpiria plauſus,
Et natalitium, nænia dira, melos.
Infanduſque negat privato limine luctus
Compeſci, poſcit publica juſta dolor,
Ac quaſi laxatis gravido de pectore frænis
Erumpens, tragico murmure cuncta replet:
Haud ſecus, ac denſo concluſus in aëre ventus
Si via non detur; vi paret ipſe viam:
Haud ſecus, ac tepidis ſtipatus nubibus imber
Quà data terribili porta fragore ruat,

Et

Et latè immani tonitru, facibusque coruſcis.
  Grasſantes, repleant cuncta pavore ſui:
Attamen ut fuerit noſtrum violentius oeſtrum,
  Nec menſuram habeat, neve querela modum,
Deficit in medio ſterilis conamine verſus,
  Et dignos modulos noſtra Elegeia negat;
Quis Domus excelſæ caſum, quis funus acerbum,
  Quis cladem meritâ voce referre poteſt?
Quis, quantum fuerit vulnus, quantusque Parentum
  Heroum, amiſſâ Principe Prole, dolor?
Quis lacrimas, Miſeranda, tuas, ſuſpiria, fletus,
  Singultus, Genetrix, enumerare valet?
Quiſve tuos gemitus invicto in pectore preſſos
  Magne Pater, generis triſtia fata dolens!
Dum Primogenitum, heu! crudeli funere raptum,
  Principeque orbatum Germine ſtemma vides,
Dum ſpem, Delitias, Lumen, Columenque ſupremam
  Expleviſſe diem cernat uterque Parens,
Et modò vernantis primævo in flore juventæ
  Natum immaturæ mortis agòne premi.
Non equidem hic noſter labor eſt, hoc viribus impar,
  Ac nimium tenuis Muſa recuſat onus,

Hoc


Hoc committit iis, facilis queis finxit Apollo
Nobilius genium é Nobiliore luto,
Queis digno Heroüm luctum ingeminare cothurno
Melpemone dedit, & grandia verba loqui.
Nos juvat his tragicæ frænum imposuisse querelæ,
Et, pressis lacrimis, vota dicare Deo:
Ut velit incolumeis diu conservare Penates
Nassavio-Ascanios, Nassaviæ-Auriacos,
Illustremque Domum æternis ornare triumphis,
Et longâ, & lætâ posteritate frui,
Utque novà vacuas replere propagine cunas,
Et velit augustum multiplicare genus,
Utque rosas inter, violasque Puerpera Princeps
Exerat instantis nobile ventris onus,
Et te felici, Genitor Celsissime, partu,
Et Patriam læto Principe, Læta, beët.

Ita lugens vovit.

P. de GHEMMENICH, JC. & Adv.

PROPEMPTICUM AUGUSTISSIMÆ AURIACI EXPEDITIONI IN ANGLIAM *Dicatum.*

CIƆ. IƆ. C. LXXXVIII.


Ceanum domitum, constratum navibus æquor,
Roboreque innumero freta consita, pontibus orbe
Divisos Batavâ junctos cum Gente Brittannos:
Ferre recusantem AURIACUM, mox ferre coactum
Neptunum, imperio metuentem, udoque Tridenti,
Mutatamque ferè infando molimine rerum
Naturam canimus. Nostris Musa annue cœptis.
Vastum ubi mox pelagus, subito nunc vastius altis

Exsur-

Exſurgit nemus arboribus, nunc mobilis errat
Sylva, ubi mox tumidi miſcebant prælia fluctus:
Non æquor, non unda patent, maria omnia circum
Quâ vertas oculós, denſis tabulata carinis,
Feſſaque Tritones curvant ſub pondere terga,
Et timet æterno Nereus ſe carcere claudi.

Grande opus attoniti vicino in littore Reges
Mirantur, metuuntque ſimul, magnumque ſtupenteis
Expectant rerum eventum, quid provida fata
Decernant tantæ moli, quem fulmina primum,
Dexteraque AURIACI feriant: contrà ire nec auſi,
Nec ſe poſſe vident, pudet uno à Principe binos
Terreri Reges, ſceptriſque timere ſuperbis,
Nec ſatis in ſoliis tutos, nec ſtabile Regnum.

Hoc opus, hic labor AURIACI eſt, hæc pectore digna
Atque animis, GULIELME, tuis, hæc fortia longè
Facta Patrum, atque Abavûm ſuperant, & celſa Trophæa,
Queis fulget generoſa Domus: Non Itala virtus,
Obruta quâ cecidit fatalibus alta ruinis
Æmula Romanæ Carthago potentiæ, & omne

Afrorum Imperium, terrâque, marique ſubactum
Militis, & claſſis Duce, Te, Scipione, Latini,
Non Punicum robur, gemino ſub Fratre furenteis
Exſuperans Sirtes, Alpinaque viſcera ferro
Igneque perrumpens, atque ipſam milite Pæno
Concutiens Romam, non vaſta potentia Xerxis,
Helleſpontiacum cædentis verbere tergum,
Et motos auſi vinclis compeſcere fluctus
Molimen majus vidit, majoraque nunquam
Ingenii, atque animi auguſti documenta videbit
Audax poſteritas olim; Quis par erit alter
Menſibus in paucis numeroſam condere Claſſem,
Et mare ſexcentis medium replere carinis,
Armatâque manu? Tu, Princeps, ſolus in orbe
Regibus imponis leges, domitare Tyrannos,
Aſſerere oppreſſos, ſocios defendere noris:
Hæc tua laus tantum. GULIELMUS maximus olim
Anglorum Domitor, ſimili tu nomine, factis
Major, & auſpiciis mage juſtis utêre, Princeps,
Vi venit, vicitque Alter, Tu jure vocatus,

Sum-

Summo jure venis, propriumque tyrannide regnum
Asseris, & Vindex tibi debita sceptra reposcis.
Macte, Heros, virtute novâ, dignisque triumphis
Auriacæ decus immortale extendere famæ:
Prosperet Omnipotens iter, ut securus ab omni
Per medios vadas scopulos discrimine, servet
Tam sacrum sanctumque Caput, tam nobile cæli
Pignus, & Ancile, & velis, ventisque secundis
Ocius optatos faciat contingere portus;
Quò stet Relligio, Libertas, Gloria gentis
Oppressæ, laudesque tuas sine fine canamus.

Ita vovet.

P. de GHEMMENICH. *Ictus Fris.*



GRATULATIO
ET
GRATIARUM ACTIO
AD
GULIELMUM III.
MAGNÆ BRITTANNIÆ, FRANCIÆ AC HIBERNIÆ REGEM SEMPER AUGUSTUM

Cum media hieme ſpectantibus ac ringentibus hoſtibus ex Anglia ad Batavos ſuos transfretaret, Autoremque numiſmate aureo in memoriam Expeditionis Brittannicæ donaret. Anno Sal. M.D.C.XCI.


Uropæa Salus, Rex Auguſtiſſime, Regum
Exemplar, Vindex ſævis metuende Tyrannis
Juſtitiæ Antiſtes, veræ virtutis Amator
Delicium humani generis, ſpes unica pacis
Et Belli Columen, fidei Defenſor avitæ
Ac Reſtaurator: ſit magna Brittannia teſtis.

Siccine

Siccine ſponte thronos diademata, ſceptraque linquens
Exſuperas ſcopulos, borealiaque æquora tranas.
Infeſtas hieme, & mille pericula ſpernis
Ut patrias poſſis, Rex magne, reviſere terras
Belgarum trepidis alacer ſuccurrere rebus
Atque vacillantem Batavûm fulcire ſalutem
O amor! o pietas! o veri cura Parentis!
Dic mihi, Muſa, Virum, ſi quem tibi ſuggerat ætas
Præterita aut præſens, aut longa ſcientia rerum
Qui regnum populos Reginam atque omnia linquit,
Qui freta, quique hyemes, & ſævos deſpicit Euros,
Atque levi medio pernoctat in æquore lembo
Ut ferat auxilium ſociis, & ſervet amicos.
An lubet adferre hic audacia Cæſaris acta
Nocte ſub obſcurâ motis Aquilonibus undis
Navicula Superum infirmâ dum trajicit æquor
Fortunamque ſuam tantum, nautamque trementem
Advectat comites, diſcriminaque omnia ridet
Quo campis pellat Magnum fatalibus hoſtem.
An Decios, Fabioſve juvat, Codroſve referre

Qui

Qui se pro patriis gaudent mactarier aris.
Sint sua cuique suis præconia debita gestis
Nil moror. Hoc mihi dent quod nulli cedat eorum
Divinâ ac patriâ Magnus virtute Wilhelmus.
Salve igitur Batavis, Rex invictissime terris
Reddite, salveto nostræ spes summa salutis
Te sartum tectumque diu tua fata reservent.
Ne dolus, insidiæ, ne Ravaillacius alter
Burgundusve ferox, vel pernitiosa Locustæ
Toxica Te lædant, stant monstra immania circum
Nec dormire scelus credas, scelerumque ministros,
Gallus habet sicas, dira aconita propinat.
Mille vias novit quibus hostes mittat ad Orcum.
Quid non Principibus potis est suadere malorum
Vana superstitio & dominandi sacra libido!
 Sit Tibi dextra Deus, scutum, lorica, sacratum
Is tegat atque regat Caput, & vestigia firmet,
Et nova quæsitis superadde tropæa triumphis
Semper ut Augustus, Vindex Victorque Tyrannum
Præsidiumque Bonis totum celebrere per orbem.

Cum-

Cumqne memor nostræ fueris, Rex optime, Musæ,
Rustica sit tenuisque licet, nos munere pulcro,
Regali donando Numismate, nomina, vultum,
Resque tuas gestas referente, animumque benignum
In vates doctosque viros, quis possit eorum
Immemor esse Tui, quis non *nova sæcula* læto
Excipiat plausu, quem non *nova gloria* tangat
Invictique tui felicia tempora regni?
Quisve nec æternas cupiat Tibi reddere grates,
Et laudes cantare tuas, celebrare triumphos,
Et ferre ad seros decus immortale nepotes?

Ita lætus accinuit

P. de GHEMMENICH.



EPINICIA

SIVE

CARMINA TRIUMPHALIA

AD

HERÖEM INVICTISSIMUM

GULIELMUM III.

MAGNÆ BRITTANNIÆ, FRANCIÆ AC HIBERNIÆ REGEM POTENTISSIMUM, GLORIOSISSIMUM. &c. &c. &c.

Cum Urbem NAMURCUM & Arces annexas fortiter simul ac feliciter Expugnasset. Ad X Kalend. Septembris. CIↃ IↃ CXCV.

Sic munitarum Caput ac Decus urbium NAMURCUM
Ante tuos, Auguste, pedes, Gulielme, Subactum
Prostratumque solo, quanta tropæa! vides.
Namurcum cadit, Gloria Gallicæ
Hactenus indomitæ
Gentis & efferæ
Occidit unà

Urbs

Urbs Arcesque cadunt; (quis credere possit Abnepotum)
Queis numerosa manus, dicam, exercitus ingens
Præsidio impositus, robora gentis, erat:
Quas Flos militiæ, millia sedecim,
Sanguine Conspicua,
Aut meritis suis
Lecta replebant.

Exstructas turreis in montibus, aggeresque circum
Præruptis positos in rupibus adspice; mirum
Naturæ; anne artis luxuriantis opus:
Pro fossis, videas, ardua mœnia
Ut duo circumeunt
Flumina proxima,
Mosa Sabisque:

Desine mirari posthac Babylonicos stupendos,
Spumifero cinctis Euphratis flumine, muros;
Assyriosque hortos, & nemora apta feris
Alto pensilia ex æthere: cum vides
Arma, viros, equites,
Castra vel integra
Pendula cœlo.

Hæc tantùm virtute tuâ, GULIELME, digna Scena;
Heic animi viſum intrepidi documenta, ſtupendi
Exempla ingenii conſiliique dare:
Hoc tantum Auriaco Regeque dignum opus.
Nobile Propoſitum
Lætior exitus
Jure beavit.

O quantum decus hoc & gloria! centies & ultra
Millia Gallorum teſtes habuiſſe triumphi.
Quantus & hoſtili fuſus in ore pudor.
Hinc ira in rabiem verſa, palatia,
Mœnia, templa, domos,
Sacra Profanaque
Omnia, vaſtat.

Obſeſſum, ô Bruxella! nimis prope civitas NAMURCUM
Infandi miſeranda geris monumenta furoris;
Florida quæ modò, nunc fœda ruina Jaces;
Heu! neſcit rabies parcere Fæminis
Principibus, teneris
Anniculis, quatit
Obvia & urit.

Hoc

Hoc Latrocinium magis eſt, furibunde VILLEROYE,
Quàm juſti facies belli, diræque rapinæ
Herôis ſemper diſplicuêre viris.
Non ſic Auriacus bella gerit ſua;
Relligionis Amans,
Mitis inermibus,
Acer in hoſtes.

His tria regna Sibi feliciter artibus paravit,
Conquiſita tenet, ſervat, moderatur & auget,
Conciliat Socios, compoſitoſque fovet:
Jnconcuſſa fides, Herculeus labor,
Jntrepiduſque animus
Rebus in aſperis
Omnia vincunt.

Hoc ſolium Jovis eſt aſcendere paſſibus citatis
Spirare humanis majora, referrier intra
Heröum excelſos Semideûmque choros:
Hæc laus Auriaco propria ſtemmati
His celebrata manent
Æva per omnia
Nomina faſtis.

Infectis meritò Tú ringere, VILLEROYE, rebus
Spectator, benè habet, centum cum millibus adstas,
Ut facti possit plenior esse fides:
Et prudenter agis: tot nisi millibus
Credere Posteritas
Vix poterit capi
Posse NAMURCUM.

Posse capi, cogi se dedere Marte, vique apertâ,
Nil dolus heic, nihil insidiæ fecère, nec aurum,
Auriacum robur monstra stupenda domat:
Hoc monteis equidem est frangere saxeos,
Ferro aperire viam,
Alter ut Hercules,
Hannibal alter.

Ergo triumphato, fortissime Principum virorum,
Maxime Rex, Regum Terror, Defensor, & Ultor,
Europæa Salus, Machina mira Dei;
Post casus varios, totque pericula
Nunc Brittonum Clypeus,
Spes Batavûm, sacra
Anchora utrisque.

Det

Det Deus, ut finem videas requiemque tot laborum,
Magne Parens Patriæ, guſtes ut commoda pacis,
Commoda tot precibus ſæpè petita piis:
Da pacem liquidam, da ſtabilem Deus,
Ut tua laus maneat,
Et decus omnium
Conſtet in ore.

P. DE GHEMMENICH.
Ictus Friſ:



IN LUSTRATIONEM SOLENNEM EXERCITUS FOEDERATI BELGII HABITAM SUB AUSPICIIS GULIELMI III. MAGNÆ BRITTANNIÆ ET HIBERNIÆ REGIS.

VII. VIII. IX. & X. Calend. Septembris. CIↃ IↃ CC.


Iderat Arnhemiam Belgarum caſtra ſub urbem
Mars Pater Auriaco ſub Duce ſtare ſuo.
Ergo ait exultans: Veteres jactare Phalanges
Macedo, Tuque Aquilas deſine, Roma, tuas.

Vos

Vos plures, fateor, gentes domuiſtis, & urbes
  Sed quales? molles, militiæque rudes.
Vinceret Hic totum Belgarum exercitus orbem,
  Si ſimilis veſtris hoſtibus hoſtis erat.
Deſine mirari; rernm documenta loquuntur,
  Sive viros luſtres, reſpiciasve Ducem.
Vincere quis dubitet tali ſub Cæſare? Quis non
  Hectore pro tanto lætus obire velit.

Ita cecinit caſtrenſi Muſa

P. de GHEMMENICH. I.C.F.



HEROI INVICTISSIMO

CAROLO XII.

SUECORUM, GOTTHORUM ET VANDALORUM

REGI

SERENISSIMO ATQUE POTENTISSIMO

Post partam de Moschis victoriam amplissimam ad Oppidum & fluvium Nervam in Livonia pridie Cal. Xbris. MDCC.

HOC SUUM HEROICUM

Sacrum vult Autor.



Sic Rex barbarie CAROLUS ringente triumphat;
Et spolia ampla refert Moscho de Cæsare Victor:
Ut venit, vidit, vicitque celerrimus hostem.
  Infestus dudum Russus, pridemque Polonus
Æmulus, ac Danus jungunt in fœdera dextras,
Et funesta parant summo molimine bella.

In

In Caput Unius fit conjuratio: Solus
Tot Regum CAROLUS, tantiſque exponitur iris.
Stat tamen Impavidus contrà: ceu Suecica rupes
Cernitur iratis circum ſpumantibus undis
Stare mari medio *nullis* immota procellis.
Aut veluti Leo, qui latronibus undique cinctus,
Altius inſurgens, nullo conterritus ictu,
Collocat in ſolâ dubiam virtute ſalutem.
Nunc opus Alcidâ, triplici quo Cerberus ore
Contundatur, habet: Cedit primum æquore Danus
Et terrâ fractus; CAROLO per tela, per undas
Antivolante Duces primos, nanteiſque cohortes.
Perge bonis avibus, Regum fortiſſime, fauſtis.
Incipis auſpiciis, ſævi capita altera Monſtri
Debellata feri; inviſos ulciſcere Moſchos:
Saxo-Sarmaticas de finibus exue turmas:
Et populos defende tuos: favet æquor & æther:
Incolumem excipiunt Livonia littora claſſem.
Starque acies expoſta ſolo nive, grandine tecta,
Ardet at illa tamen media inter frigora, geſtit

Ducier, ac ferro Rufforum exfcindere caftra.
Nulla mora in CAROLO: ratus Ille ardoribus uti,
Ocyus innumeros alacer feftinat in hoftes,
Ceu ruit in denfos prædator falco columbos.
Hic virtus numerum fupplet, fuperatque premendo
Acrius obverfos cuneos; præfentia Regis
Urget, & intrepidum medio in difcrimine pectus:
Vincere ftat animus, vel certæ occumbere morti.
Barbarus infueto perterritus impete, cedit,
Aufugit, aut fupplex veniam a victoribus orat.
Parcitur & victis; tanta eft clementia Regis!
Horret enim pectus generofum a cæde jacentis:
Magnanimus proftrata folo Leo corpora dente
Non petit, indignam ducens fine robore prædam.
  Plena Tibi parta eft, Princeps, victoria: cingit
Debita virtuti, victricia tempora laurus.
Libera magnificis applaudit Nerva triumphis,
Totaque lætatur cæfis Livonia Mofchis.
Ejectoque brevi exultabit Saxone Duna.
  O quantum decus hinc! quæ gloria! quanta tropæa

Parta

Parta Tibi, Victor, primævo in flore juventæ!
Qui nondum quatuor, factum mirabile! lustra
Post tua terga vides; tantum mihi dicere verbo,
(Singula cum nequeam parvo comprendere versu)
Fas sit, Res gestas si contemplemur, & annos,
Major ALEXANDRO es, Romano CÆSARE major,
Et CAROLO Magno, & GUSTAVO Major ADOLPHO.

Ita lubens applaudit

P. de GHEMMENICH.



GRATIARUM ACTIO AD LEOPOLDUM

ROMANORUM IMPERAT: SEMPER AUGUSTUM CUM OB VERSICULUM SUPER EXPUGNATO LANDAVIO FORTITER A REGO ROMANO JOSEPHO Aº· CIƆIƆCCII. CONSCRIPTUM AC DECANTATUM A PAULO DE GHEMMENICH ICto: Frif.

AUTOREM NOBILITATE EQUESTRI ET LAUREA CÆSAREA DONASSET, HONORASSET.



STemmatis Auftriaci Decus immortale, Propago
Dîs genita, æternos & genitura Deos;
Pacis Delitium, Genus infuperabile bello,
Martis & artis Amor, Martis & artis Honos:
Accipe clementer gratæ munufcula mentis,
Quæ Tibi dat tremula noftra Thalia manu,

Ac-

Accipe verſiculos, humili quos mente dicatos
Magne, Tibi, Cæſar Muſa tenella cupit.
Ut tremit, ut rubet! ah! Res ſalva: ignoſce pudori
Hoc ſignum ingenuæ Virginitatis habe.
Majeſtas oculos perſtringit, & ora rubore
Purpura ſuffundit Cæſareumque jubar
Obſtupet inſolito ſacræ fulgore tiaræ
Divinum ſpirant ſceptra thronique metum.
Et quamvis nec thura ferat pretioſa nec aurum,
Nec cædat centum, Regia ſacra, boves:
Accipe nativum Muſa de paupere pomum
Allubeat gelidi fluminis hauſtus aquæ.
Salſâ ſæpe molâ, vili vel fruge litatur
Et placuit ſummis parva placenta Diis.
Nil facit in ſacris pretium nec Jupiter auro
Indiget, Ille unus fons & origo boni
Et Tu, Cæſar, habes ſatis, & Tibi ſufficis Ipſi
Sufficis atque aliis, innumeroſque beas.
Hoc Tibi cum Jove commune eſt, hoc ſpirat Olympum
Hoc vecti Heroës tramite ad aſtra Poli.
Nemo ſibi ſoli vivit bonus: Optimus ille eſt
Qui plures ſecum lætificare ſtudet.

O quam divina eſt Divi ſententia Titi,
Perdita, nam nulli ſunt data dona, dies!
Entheus ille animus! vox aurea! & huic quoque reddis
Si non majorem Te, Leopolde, parem
Nulla dies rapitur Tibi, quin cadat aurea cælo
Guttula, deque manu millia dona volent.
Dona volent, inquam; nam ni fingam illa volare,
Ut poſſent noſtros uſque venire Lares.
Auſtriaco procul a Jove degimus; attamen Ille
Carmina noſtra legit votaque læta probat.
Nec tantum legit ac probat, at Generoſus honorat
Autorem titulis muneribuſque ſuis.
Hinc nova Ghemnichiam decorant inſignia ſtirpem.
Juxta alas aquilæ laurea pulcra viret.
Laurea Cæſareæ, quam pulcrum! teſſera laudis.
Et Leopoldina Laurea nexa manu.
Additur attonito grandi diplomate vati
Inclytus eximiæ Nobilitatis honor
Vos ego, Pierides, teſtor, vos, provoco Muſæ
Si quiſquam veſtra clarior arte fuit.
Anne Triumphalis cui cinxit Laurea frontem?
Aut Capitolini victor in æde Jovis?

Nunc

Nunc equidem vobis caufa eft fublata dolendi:
  Vatibus eft nullum, carminibufque decus.
Sed poft hac hilari mecum cantabitis ore.
  Vatibus eft fua laus, carminibufque favor.
Cæfaris illud opus Leopoldi, & Cæfare dignum
  Mufa Jovis fummi Filia, Cura Deûm.
Purpura non odit vatum modulamina, Reges,
  Dîque Deæque ipfæ compofuére melos
Pan, Deus Arcadiæ calamos, & Pallas amarunt
  Caftaliâ lufit pulcer Apollo lyrâ.
Ipfemet exemplum es, Cæfar, mirabile, namque
  Carmina dia facis, carmina dia canis.
Carminibufque faves. Alii quofcunque lubebit
  Heroës celebrent, grandia facta fonent:
Cæfar erit mea laus, mea gloria, nobile Solus
  Objectum Mufæ, Præfidiumque meæ
Illi femper agam grates pro viribus, Illi
  Donec ero, folvam debita vota lubens
Et fi forte brevis fit vita, caduca Camœna
  Ipfe tuas laudes, Cæfar, Apollo canet.

E U P H E M I A
A D
SERENISSIMUM AC POTENTISSIMUM
C A R O L U M III.
D. G. HISPANIARUM REGEM &c. &c. &c. ARCHIDUCEM AUSTRIÆ

Cum Viennâ in Auſtriâ per Batavos in Luſitaniam iter faceret erepta ſibi per Gallos Regna recuperaturus. Anno CIↃ IↃ CC III.

Lle ego, qui nuper læto victricia plauſu
Romani Regis celebravi ſigna, ſubacto
Landavio, & Gallis longè latèque fugatis;
(Quo mea Cæſareâ præfulgent tempora lauro,
Quoque immortaleis pro munere debeo grates)
Nunc hilari, liceat, Rex Auguſtiſſime, Muſâ
Adventum cantabo Tuum: gratabor in oras
Te ſalvum Batavas curſu veniiſſe ſecundo

Per

Per tot terrarum tractus, tot flumina, montes,
Tam varias gentes, vario ſub ſole locatas;
Quo libertatem Europæ, dubiamque ſalutem
Aſſerere, & Galli poſſis contundere faſtum.
Hic labor Auſtriacâ Sobole, hoc opus Hercule dignum!
Salve igitur, CAROLE, Auguſtæ ſpes altera ſtirpis,
Præſidium & decus Europæ, jam pondere dudum
Gallorum nimio, durâque tyrannide preſſæ.
Salveto noſtris HOSPES gratiſſime terris.
Te Proceres, Patriæ Patres, Populuſque ſalutant,
Te longùm ſalvere jubent. Uno ore precantur:
Solve jugum Europæ, ſerviles rumpe catenas,
Ac erepta Tibi, Rex, fortirer aſſere regna,
Vade, feri, debella hoſtes, ſpolia ampla referto.
Votorum hæc ſumma eſt. Hæc ſuſcipe vota clientis,
Devotique Tibi Vatis, Magnoque PARENTI.
Terra tremit ſaltu: reſonat concentibus æther,
Et mare vicinum placidis admurmurat undis:
Neptunuſque Pater, viridi circumdatus algâ,
Tempora ter circum grandem rotat uda tridentem,

Et præ lætitiâ gelidis exultat in antris,
Quod portaturus dorſo tam nobile pondus,
Tamque illuſtre Caput ſe auſit committere ponto,
Sæpius infido. Juvat immortalia Magni
Regis, & Heroïs Gulielmi exempla referre,
Quem toties medias tutum perduxerat undas,
Cum Batavis, vel cum trepidis ſuccurreret Anglis;
Nunc quoque, Magne, Tibi pelagum, Rex, ſpondet amicum.
Intonat interea ſpatioſa per æquora grandi
Cæruleus conchâ Triton, ciet omne Deorum
Divarumque genus, quod gurgite degit in alto.
Ecce caput primùm ſenior ſpumantibus effert
Fluctibus Oceanus, pulcrâ cum Doride Nereus,
Nereidumque agmen ſequitur: Nymphæque marinæ
Inſtituunt feſtas, Phorco ductòre, chorèas.
Unicus his labor eſt Juvenem ſpectare Monarcham,
Ducereque incolumem, & tumidos componere fluctus.
Non aliter, quàm ſi parvo ſuper æquora nido
Incubat Alcione, & pullos excludit amatos;
Æoleâ ſpectes pelagum requieſcere curâ.

Ergo

Ergo iter abſolve inceptum, Fortiſſime Regum:
Rumpe moras. Bona cauſa vocat: Mars impiger urget.
Aſpirant cœlum atque ſalum: favet Eurus & aura.
Macte animis: vaſtum quamvis maris æquor arandum,
Illud magnanimo volvas in pectore, quod ſit
Nullus virtuti limes, nec terminus ullus;
Plus ultra vocat illa: nec ulla obſtacula terrent.
Unus Victori Juveni non ſufficit orbis:
Et Te jam novus expectat. Te decolor Indus,
Heſperidumque manent Regna, & poma aurea. Solem
(Si mihi mens unquam fuerit præſaga futuri)
Surgere, & occidere in terris ſpectabis avitis.

Ita vovet & applaudit

R. V. C. MAJESTATIS

Devotiſſimus & Humillimus cliens

P. de GHEMMENICH.

IN ECLIPSEIS

GALLICI SOLIS

ECliplſeis pateris, Sol Gallice; jure lucernas
Junxiſti Soli, Dux Fuliade, tuo.
Galle laboranti ſuccurre citiſſimus Aſtro,
Nam Padus infeſtis lumina mergit aquis.
Laternis ſuperadde faces, funalia Lychnis:
Quid juvat? heu fatuus Sol ſine luce jacet.
Eugenius Lunæ truncavit cornua: Galle,
Nunc Solis radios demetit Ille tui.

AD

LUDOVICUM XIV.

DOLENTEM RES SUAS VARIIS IN ORIS EX VOTO NON SUCCEDERE.

SI quereris quod eat tua res malè pluribus oris:
Vin' memorem cauſam, Rex Ludvice, Tibi?
Sive cati-natum, ſeu flatum ventris inanem
Ridiculé agminibus præficis Ipſe tuis.

GAL-

GALLORUM TRIUMPHUS

CANTANTIUM TE DEUM LAUDAMUS SUPER VICTORIIS SUIS IN ITALIA ET ALIBI REPORTATIS.

SIccine magnificos Tibi cantas, Galle triumphos?
Perdis in Italia millia dena virum.
Insula Cæsarea est, Te conspiciente, subacta.
Turpiter Hulstanâ pulsus ab Urbe fugis.
Landavium capitur, cedit Venloa Batavis.
Rurmundæ & Stephani mænia capta jacent.
Tu tamen egregios pergis cantare triumphos:
Talia mille tibi, Galle, tropæa velim.

IN VILEROYUM

CREMONÆ DE NOCTE A GERMANIS CAPTUM ET ABDUCTUM.

PAlladium e Trojâ rapiunt de nocte Pelasgi;
Et Sacrum incolumes in sua castra ferunt.
Germani e mediâ rapiunt de nocte Cremonâ
Cum Gallis Ducibus Te, Vileroye, tuis.
Ille fuit raptus Genti fatalis & Urbi:
Hic quoque non melius forsitan omen habet.

IN

IN VANDOMIUM

IN ITALIAM MIGRANTEM, GALLORUM EXERCITUI IMPERATURUM.

TUne levi ventris bellaces posse repelli
  Germanos crepitu, Rex Ludovice, putas?
Vandomius * nihil est hominis nisi flatus inanis,
  Si modô quis norit, Galle, idioma tuum.

* Vandome, quasi vent de d'homme.

IN MARSCHALLOS FRANCIÆ VILLEREGIUM ET CATINATUM

QUORUM ILLE CAPTUS, HIC VULNERATUS ITALIA EXCESSERE.

QUo nunc Gallorum Marschalli vaditis? Alter
  Saucius excedit, captus & Alter abit.
Magnorum mores & fata attende Virorum:
  Saucius hic ridet, sanus at Ille dolet.
Hic cum perdiderat rem Regis vulnera quærit.
  Vulnera dum metuit maluit Ille capi.

IN


IN MAUSOLEUM GULIELMI III. AD SPECTATOREM

SI quæras, qualis Rex hîc, quantusque ſepultus?
Alter Alexander, Cæſar & alter erat.
Trajanum Heroïs animi virtutibus æquans
Nec candore minor, nec pietate Tito.
Orbis Delicium: Qui ſolus & Unus habebat
Quod ſummi pariter vix tenuére Viri
Non triplex meritis ſuffecit in orbe corona
Additur in cælo quarta, beata tribus.

FLuctibus erepto mors indignata WILHELMO,
Quem toties prædam duxerat eſſe ſuam,
Heroas rapit e Belgis a Rege ſecundos,
Ne furor illuſus, vanaque tela forent:

Perdere dum prohibent fatalia ſtamina REGEM,
Aggreditur primos vique doloque Duces;
WEBNONI obrepſit: Niſi vi cadit AILÜA fractus,
Hic peditum Primus, Primus & Alter Eques:
Cui ferrum & flammæ, cui vaſta pepercerat unda,
AILÜA, Friſiadum MARS, perit ictus equo.
Crudeles Parcæ, cur non placaverit iras
Vel Duce, vel tanto victima Cive minor?
Friſia fleto Virum, cecidit de vertice tanti
Hectoris interitu pulcra corona tuo.
Et luges merito, Proles generoſa, Parentem,
Quem Patrem flent Rex, Patria, caſtra ſuum.

Ita ex animo indoluit
P. de GHEMMENICH, ICtus.



GRA-

GRATIARUM ACTIO
AD
GENEROSUM AC PRÆNOBILEM VIRUM
SUFFRIDUM GEROLDUM
â BURMANIA,
PRÆTOREM WIMBRITSERADEEL &c. &c.

Nec non ad
ERUDITISSIMUM AC SPECTATISSIMUM
VIRUM JUVENEM
MAINARDUM â DOTINGH
URBI LEOVARDIÆ â SECRETIS &c.

Cum Epigrammate ſinguli ſuo terſiſſimo ac lepidiſſimo Epinicia mea Super Expugnatione Namurcenſi conſcripta condecoraſſent:



NEſcio quæ bona ſors, quæque exoptabilis aura
Vexerit ad veſtros carmina noſtra lares.

Fallor? an allubuit, Vatum par nobile, vobis
  Insolitum Musæ luxuriantis opus?
Allubuit; Satis est, rerum documenta loquuntur,
  Nec linquunt dubiam publica scripta fidem.
Gaudeo, confiteor; Gaudet laudarier ipsa
  Virtus, habet stimulos gloria quæque suos.
Nobilitatis honos, BURMANIA, nobile lumen
  Pieridum, Patriæ pulcra Corona tuæ
Tuque Decus Juvenum, DOTINGI, insignis alumne
  Musarum, & Themidi cultor amate Deæ,
Æternas vobis lepido pro Carmine grates
  Debeo, parque pari reddere promptus ero.

P. DE GHEMMENICH.



SACRUM MANIBUS
VIRI AMPLISSIMI, GRAVISSIMI, CONSULTISSIMI, DOMINI
DANIELIS DE BLOCQ A SCHELTINGA,
PRÆTURA SCHOTERLANDANÂ, MAXIMISQUE IN REPUBL: HONORIBUS SUMMA CUM LAUDE PERFUNCTI.

CIↃ IↃ CC III.



Uamvis privatos rarô mea Musa penates
  Antè salutârit: nunc novus ardor agit.
Non tamen aut partos hilaris gratatur honores,
  Aut celebrat liciti vincula læta thori.
Sed rarum movet exemplum, longæva senectus,
  Defunctique decus barbita nostra Viri.
Atratam da, Phœbe, Lyram, mea cinge cupresso
  Tempora, sit nostrum nænia tota melos.
Occidit annorum DANIEL satur, occidit unà
  Grande decus Frisici, gloriaque alta soli.
Sedecies vidit sua lustra revolvier, atque
  Innumeros casus multiplicesque vices.

O quot non potuit ſoles numerare beatos,
Naſcier optatos vidit in orbe dies!
In multis Fortuna comes; valuitque vigore
Corporis atque animi, divitiiſque potens.
Luſtravit Juvenis Latii miracula priſci,
Deliciaſque tuas, Roma ſuperba, novas.
Francorum regnum, Pariſina palatia viſit,
Et quæ prætereà Gallia mira tenet.
Inde redux patriis, ut dignus, honoribus auctus,
Quæſturæ primum nobile munus obit.
Schoterlandano legitur deîn Prætor in Agro,
Hinc iter ad faſces molle, parata via.
Nil habuit Friſonum Reſpublica grande, decorum,
Quod non huic merito detulit illa Viro.
Summaque Belgarum intrepidis faſtigia plantis
Conſcendit, ſummo conſtituitque loco.
Donec ut annorum, ſic & ſatur eſſet honorum;
Tranſtulit in natos fata paterna ſuos.
Omnia non referam naturæ munera: nota
Sunt forma, & mores, ingeniumque capax.
Pauca tamen dictis addam; ſic gloria tanti
Reſpectuſque Senis, ſic mea Muſa jubet.

Mi-

Miratus Juvenem ſolennis & ille celebris
  Hagenſis cœtus, Conciliumque Patrum.
Quorum de numero Noſter fuit ultimus, unum
  Excipio HARENUM, cui ſua ſalva dies.
Claruit illuſtris Franicis Curator Athænis,
  Grande decus Themidos, Pïëridumque Pater.
Luſtra decem, ſeptemque ultra feliciter annos
  Unius Uxoris Vir fuit, Illa Viri.
Unus amor, thalamus non interruptus utrumque
  Junxerat heu! junctos dividit atra dies.
Dimidiumque tui crudeliter Atropos occat,
  MARTHA, animi; auxilium lætitiamque rapit.
Fles meritò Conjux; Nati Nataeque, Nepotes;
  Natarumque Nepos fletibus ora rigant.
Addimus & lacrymis lacrymas, & vota, Precantes,
  Ne turbent veſtras omina dira domos.
Sed beet Omnipotens æternâ Stemma ſalute,
  Et vocet Exſtinctum in regna beata Senem.

P. de GHEMMENICH.

Ictus Friſ:

EPI-

EPITHALAMIUM

IN HONOREM

VIRI NOBILISSIMI, AMPLISSIMI, SPECTATISSIMI DOMINI

AUGUSTINI LYCKLAMA â NYEHOLT,

J. V. L. ET NON ITA PRIDEM ORDINIBUS FOEDERATI BELGII â RATIONIBUS &c. &c.

SPONSI.

ET

HOUCIÆ â GLINSTRA,

SPONSÆ.

Cum XIV. January MDCLXXXXIII. Solennes Nuptias. Celebrarent.



Actenus Muſis operam dediſſe,
Et viros doctos coluiſſe, caſtos
Artibus pulcris poliiſſe mores,
Lycklama, juvit.

Hoc

Hoc ſatis: Nunc tempus adeſt laborum
Ut legas fructus, ſegetemque lætam,
Seriis interjiciens amæna
Gaudia curis

Flos Juventutis Friſiacæ, Reïque
Publicæ ſpes ampla, Domus patriſque
Unicum fulcrum, nimis occupatam
Exue mentem.

Bella conquiſita Tibi puella,
Cujus in molli gremio recumbens
Fabrices prolem ſimilem parenti,
Stirpis honorem.

Cujus inflexis tepefactus ulnis,
Et ſinu dulci reſolutus omnes
Rideas ſpernaſque dapes Deorum
Deliciaſque.

Houcia, en Glinſtrana placet Friſónum
Virgines inter placet illi Amator
Annuit Cœlum, Juvat, & ligatur
Nobile vinclum.

Quæritas cur illa placet puellas
Inter omnes? deſine plus rogare,
Bella, morata, ingenioſe & amplâ
Dote beata eſt.

Quæritas quare placet illi Amator
Cæteros ſupra Juvenes? roganti
Replico, Dives, Juvenis, venuſtus,
Et bene natus.

Heic Venus fæcunda, Cupidineſque,
Heic Hymen dulcis, Chariteſque blandæ,
Et boni adſitis Genii, Lareſque
Officioſi.

Conjugum LUCINA toro faveto
Ferto opem PERTUNDA gemit puella
Et geras curam, PREMAA DIVA, ut apte
Sponſa prematur.

Tu virum te, ſi quid habes poteſve,
Siſtito, non pigra laceſſit Hoſtis,
Et licet forſan veniam precetur
Fortiter inſta.

Gratulor, Par Nobile, comprecorque
Omne, quod fauſtum, volupe & decorum eſt,
Det Deus natos, Deus & Nepotes
Optimus addat.

Raptim, Amicus Amico honorando

P. de GHEMMENICH.

I N

PROPEMPTICUM
DICATUM
AMPLISSIMO GRAVISSIMO CONSULTISSIMO
VIRO
D. ULRICO HUBERO
CUM E FRISIORUM ACADEMIA, QUÆ FRANEQUERÆ EST, A PUBLICA JURIUM PROFESSIONE, LEOVARDIAM AD SUPREMUM HUJUS PROVINCIÆ SENATUM EVOCARETUR ADSCISCERETUR.



Actenus anguſtis Friſici contenta Lycei
Limitibus luſit mea Muſa, nec ire ſolebat
Plus ultra, modicaque modeſta manebat in urbe;
Et puto tuta magis, quam ſi velit aëre forte
Liberiore frui, quam ſi per mille virorum,
Ora volet, ne dum temeraria, viribus auſa

Ipſa ſuis majora, ruat, faciatque ſtupendum
Icario nimio exemplo molimine lapſum.
Hæc reputo, volvoque animo, verum altera mentem
Cura trahit, trahit officium, tum gloria digni
Obſequii, meritique affectus nobilis ardor.
Cuncta vacillantis vincunt obſtacula mentis,
Et tremula incertæ firmant veſtigia plumæ.
Quid? tum hæret aqua, atque hic mens incerta laborat.
Gratuler an doleam quid me res publica poſcit,
Gratuler an doleam quid res privata requirit.
En dubius rerum ſtatus, Themis ambigit ipſa,
Nec ſibi Diva ſatis conſtat, ceu mæſta cupreſſum
Præferat, an viridi præcingat tempora lauro:
Dum videt hic triſtes vultus, ſuſpiria, fletus,
Seque Duce orbatum queritantem, ac Patre Juventam,
Mæſtaque divinam repetentia pulpita vocem
Doctoriſque ſui, vacua auditoria rarum
Ingenium patulis fruſtra exſpectantia valvis.
Illic contra alia eſt facies, Reſpublica geſtit
Tota, nec in tacito ſua gaudia pectore condit

Urbs

Urbs princeps, verum in plausum fremitumque soluta
Jubila fausta facit Frisicum resonare per orbem.
At summi quid in his amplissimus Ordo Senatus?
Vix capit ipse sua secum nova gaudia mente,
Miraturque Virum, ac stupet apparentia circum
Ornamenta animi, naturæque inclita dona,
Et dignum hoc digno considerat Ordine pectus.
Nec nostræ privata valent incommoda sortis
Quo minus afficiant animos illustria faustæ
Incrementa domus, fortè ad majora paratæ.
Ergo age cum circum primum nova jubila luctum
Continuò expellunt, ac tristeis sidera nubes
Splendidiora fugant, faciantque abscondier umbris,
Nos itidem omnimodò nos effundamus in omnem
Latitiæ speciem effrænes, luctusque minoris
Obliti toto huic litemus pectore curæ,
Felicemque adeo, quo nunc Respublica gaudet,
Gratemur rerum statum, partamque salutem,
Quæ sibi justitiam tanto sub Præside promtam
Expectare potest, tanto sub Judice fata

Caufarum ambigua eximio moderamine juris
Atque æqui componier ac ænigmata rerum
Obfcura infigni fibi dexteritate refolvi.
Gratemurque Viro huic magno, ftirpique beatæ
Privatim fanctifque petamus ab æthere votis;
Ter fauftam ut multos vitam producat in annos,
Tantaque in illuftri hoc fuccedant commoda gradu,
Quanta unquam tribuit cuiquam indulgentia cæli.

Ita
Gaudens ac Gratulabundus
Præceptori nuper fuo
infinite de femerito
accinere voluit.

P. de GHEMMENICH. *Jur. Stud.*



GRA-

GRATIARUM ACTIO

AD VIRUM ARTE SIMUL AC MARTE STRENUISSIMUM CLARISSIMUM DOMINUM

JACOBUM DE HEYDE

CUM EPINICIA MEA IDIOMATE BELGICO TERSISSIME AC FELICISSIME VERTISSET.

INnſigneis, HEYDANE, tuos ego miror æſtimoque
Belgarum puro ſcriptos idiomate verſu,
Eloquio felix ingenioque tuo es.
Hoc non eſt, fateor, vertere carmina;
Vincere poſſe doces
Autographum ſuum
Flumine metri.

O quas, Magne Virum, laudes Tibi, gratiaſque reddam
Pro tam magnifico, tam terſo carmine? vires
Si diſint mihi, mens officioſa manet,
Propenſuſque animus: quodque Camæna, vel
Vena tenella negant
Suppleat hoc Tibi
Prompta voluntas.

P. de GHEMMENICH. ICtus.

I N

IN SATURNALIA

COLLEGII POETICO PHILOLOGICI,

HABITA SUB VINETO, MORE SOLITO.

Pridié Cal. Febr: CIƆ IƆ CC.

Phoebe, ſacrorum, Pater alme, vatum,
Voſque, Parnaſſi decora alta, Muſæ
Paululum fontes, nemora, ac amoenum
Linquite Pindum.

Barbito feſtas reſonante verſus
Pangite, His adſis, faveaſque, Bacche,
Da die lætum, Tibi, dedicato
Condere carmen,

Voſque præſertim, Charites, adeſte,
Ut ſales, riſus, joca miſceamus,
Fabulis noctem, cyathiſque ad uſque.
Mane trahamus.

Na-

Najades tantum procul hinc prophanæ:
Sorbeant veſtros latices Olores;
Sacra ſpumanti celebranda Bacchi
Orgya vino.

Exulent curæ, procul abſit omnis
Rixa, vivamus lepidé bibamus,
Suaviter noſtras hilarent modeſta
Fercula menſas.

Mutuo ſeſe, leviterque trudant
Vitra, tinnitu reſonent alacri,
Illa ſint noſtræ Cytharæ, Lyræque.
Trudite, Amici.



AMORES PETI ET COFFIÆ

AUTORE PAULO à GHEMMENICH.


Anchaias inter longe celeberrima Nymphas
Digna Jovis thalamo, *Coffia* Nympha fuit.
Auricoma, excellens formâ, vultuque decora,
Qualis Diva potens fingitur esse Cypri.
Centum illam matres natis petiere maritam,
Centum illam, perhibent, sollicitasse procos.
Dedignata procos, & tot pia vota parentum,
Intemerata fugit connubiale jugum.
In Sylvis habitat, Nymphis comitata duabus,
Quas idem sociat virginitatis amor.
Hæc comitum *Galathea*, vocataque *Zaccharis* illa,
Dulcior hæc melle est, mollior illa mero.
His cum venatur, ludit, ducitque choreas,
His jungi, necti nocte dieque placet.

Tres

Tres ſimul & Charites revera dixeris eſſe,
Undique virginei gratia tanta chori eſt.
Sorte legebatur ſolemni more ſacerdos
Dianæ, ſorte hac *Coſſia* lecta fuit.
Inde magis ſolito venatibus addita virgo,
Conſcia ſic caſtæ poſſe placere Deæ.
Negligit Idaliam prorſus temeraria matrem,
Nec ſacra, nec Sanctos reſpicit illa focos.
Nec ſatis eſt: blandi cultores ridet Amoris,
Nec vim, nec vires prædicat eſſe Deo.
At denſis ſylvis, & virginitatis honore
Intacto exultans, odit acerba viros.
Aut jaculis fixiſſe feras, aut gramine gaudet
Florenti lætos compoſuiſſe choros.
Non tulit hos Nymphæ vanos *Venus* aurea mores,
Neve iram in tacito comprimit illa ſinu.
Exclamat furioſa: quid hoc? quid dedecus illud
Ipſa feram, quæ nec de Jove tale tuli?
Spernar ego a tenerâ, proh Numina! virgine, Diva!
Abnuet imperium pulcra puella meum?
Imperium, cui Diîs cunctis parere neceſſe,
Cui toties Divum paruit ipſe pater,

Factus Olor, Miles, Satyrus, Gutta aurea, Taurus;
Sentiit & noſtras ipſa Diana faces.
Servula quid faciet, ſi non ſit tuta magiſtra?
Endymion nobis alter & alter erit.
Quantum, nate, ſcelus, quanta eſt injuria! Vade,
Vade puer, cunctas rumpe volando moras.
Tela para, tædaſque, & ſæva incendia miſce;
Frigida venatrix ardeat igne novo.
Æſtuet inſolitis devotâ in virgine flammis,
Sacrilegoque altum pectore vulnus alat.
Vade, age Nate, feri, noſtrumque ulciſcere numen;
Nulla mihi in cælo, donec inulta, quies.
Audiit almus Amor matris mandata dolentis,
Audiit, & celerans tela faceſque parat.
Explorat, quâ ſit virgo molliſſima parte,
Protinus ut certo vulnere fixa cadat.
India, quâ feſſos curſu deſcendere in undas
Phæbeos ſero verſpere cernit equos,
Quâque ſuum ſociis cupide complectitur ulnis
Titana, extincto lampade, bella Thetis:
Terra ferax hominum eſt præſtanti corpore, vultu,
Foſſilis, atque auri pondere terra ferax.

Hic

Hic reliquos inter florenti ætate decorus,
  Et formâ, juvenis, nomine *Petus*, erat.
Cæſarie, ore, humeris, greſſuque ſimillimus ipſis,
  Qui cœlos habitant, tecta beata, Diis.
Hunc Venus inflammat peregrinas viſere terras,
  Et nova, cum populis, oppida, rura, ſuis.
Conſcendit navem, tum forte in littore ſtantem,
  Et lætâ, patriam, voce valere jubet.
Solis ab occaſu procedere ſolis ad ortum
  Geſtit & hic animos unicus ardor habet.
Jam placidum maris æquor erat, ſpumamque ſubacta
  Prora ſecat, leni murmurat unda ſono.
Carbaſa luxurians diſtenta Favonius implet,
  Cunctaque vel vento proſperiore fluunt.
Sic iter emenſus longum luſtravit & urbeis,
  Et gentes, variâ ſub regione ſitas:
Diverſoſque hominum mores cognovit & uſus,
  Regnorumque ſtatus, juraque, ſacra, Deos.
Sed non fixa fides pelagi; non ſemper in antro
  Æolus obdormit, neve quieſcit hiems.
Indignata ſuas meditatur Cypria fraudes;
  Orta mari gaudet ſollicitare ſalum.

Æoleasque petens, comitata Cupidine, sedes,
  Ventorum, roseo sic sonat ore, Patri:
Æole, qui ventos celsâ dominaris in arce,
  His portas aperis, carcere claudis eos.
Si tibi cura mei tangit, si dulcia forsan
  Ulla fuere animo gaudia nostra tuo;
Par mihi redde pari; hoc unum concede roganti,
  Pro modico, ventos, tempore, solve tuos;
Oceanoque ruant, turbent maria omnia late
  Navita quo cursum nesciat ipse suum.
Ventus ab occasu solitus spirare serenus
  Nunc toto, frænis, æquore, liber eat.
Bacchentur Zephyrus, plenoque Favonius ore,
  Jactatas teneant littora Eoa rates.
Navigat Oceani juvenis peregrinus in undis,
  Qui mihi contemti numinis ultor erit.
Hunc ad Panchaicam cogas appellere terram,
  Hoc satis est: curæ cætera sunto meæ.
Olli Ventorum Pater & dominator amicè
  Subridens, placidâ talia voce refert.
Quis, Cytherea, tibi dulces expertus amores,
  Dulcia aspectans lumina, vota neget?

Nam-

Namque jubere tuum est, nostrum parere jubenti,
  Norimus ut, (satis hoc) omnia vincat Amor.
Quicquid, habeto, rogas. Sic fatus carcere laxat
  Cum Zephyris Coros, terribilesque Notos.
Effrenesque ruunt immensa per æquora Ponti,
  Et quassant sparsas sæva procella rates.
Quas inter Petina diu luctata periclis
  Panchaico tandem littore fracta sedet.
Mandatisque, simul Venti sedere, peractis
  Antraque cum leto murmure nota petunt.
Interea fessus pelago, fractusque labore
  Desiliens *Petus* littora tuta tenet.
Lassaque continuo dulci dat membra quieti
  Flore super molli & somnia grata capit.
Mane vigil, Geniumque loci, Divosque precatus,
  Conscendit montem, qui prope celsus erat.
Hinc maria & sylvas circum despexit, & agros
  Nescius anne homines, an colat illa Deus.
Forte videt nemus aëreo quod vertice cœlum
  Verberat, & denso tegmine adumbrat humum.
Pergit adire locum jaculis armatur & ense
  Ne latro lædat, ne fera dente petat.

In-

Intima jam luci ſecreta propinquat opaci;
　Pergentem ignoti Numinis horror agit.
Reſpicit ad minimos rami foliiqui ſuſurrus,
　Fortem alias terret nunc levis aura Virum.
Nam locus a longis erat ille ſacerrimus annis,
　Arcebatque omneis inde Diana viros.
Jamque audire ratus voces Hominumve Deumvé,
　Latratuſque canum, major & inde metus.
Conſiliis dubio num poſt virgulta latere
　Tutus, aut quo ſtet tarde manere loco.
Eminus apparet cœleſti *Coſſia* vultu,
　Ac habitu, quali pulcra Diana ſolet.
Aureus a tergo dependet Virginis arcus,
　Et latos humeros aurea Theca premit.
Nuda genu, ſuſpenſa gradum, de vertice peplum
　Purpureum volitat, ſparſaque fronte coma.
Fulgenti jaculum dextrà vibrat ære coruſcans,
　Villoſumque trahit fune ſiniſtra canem.
Zaccharis hanc propius *Galatheaque* blanda ſequuntur,
　Sicut it ad ſolitos *Cynthia* læta choros,
Obſtupet hoc *Petus* viſu totuſque tremiſcit,
　Obvia de cœlo numina vera putans.

Vol-

Volvitur ante pedes Nymphæ veniamque precatur,
Si quicquam imprudens fecerit ille mali.
Nympha loci, Dea vel fueris flammantis Olympi,
Ignoſcas, inquit, non ego pecco volens:
Si mortalis ego immortalia lumina luſtro,
Si turbo aſpectu gaudia veſtra meo.
Invitus ventis ac tempeſtatibus actus
Huc veni, hoc vidi, ſed ſine fraude, nemus,
Offendiſſe Deos non eſt ſententia nobis;
Nos ſancte colimus, nos veneramur eos.
Sic fatus timidos in terram flectit ocellos
Expectans fatum, corde tremente ſuum.
Obſtupuit pariter peregrino *Coffia* vultu,
Atque habitu ignoto, ſed magis ore viri.
Jam Phœbum eſſe putat pulcrum, jam credit Adonem,
Eſſe vel ante ſuos Endymiona pedes.
Jan Cytherea dolos meditatur, & arma Cupido
Expedit, atque pari vulnere utrumque ferit.
Ardet uterque novâ, dictu mirabile, flammâ,
Et gelidum Nymphæ pectus amore flagrat.
Quicquid agit, quicquid ratione reſiſtere tentat,
Nil juvat, infoelix creſcit & inde focus.

Ecce sacerdoti paulatim jussa Magistræ,
  Et castæ sordent ignis & ara Deæ.
Parum venatus studium, suspenditur arcus,
  Et squallent turpi, tela, pharetra, situ.
Cossia cum *Peto* est, semperque ubi *Cossia*, *Petus*,
  Alter in alterius perditus, igne furit.
Quid plura? illicitas jungunt in fædere dextras,
  Connubiumque nefas virgo sacerdos init:
Non tulit hoc scelus in sacrâ sibi virgine longum,
  Nec sperni numen passa *Diana* suum,
Cum tam jucundum est, Cypriis, ait, ignibus uri,
  Et sunt sacrilegi gaudia tanta foci;
Experiar Veneris ne sit Jovis acrior ignis,
  Telaque num lædant nostra, facesque minus.
Non impune ferent vani sua crimina Amantes,
  Protegat infandos vel Venus ipsa procos.
Et mihi sunt tædæ, superaddamque ignibus ignes:
  Sic agit, atque ambos fulmine Diva ferit.
Semianimes volvuntur humi, flammamque per ora,
  Et fumum exhalant, ustaque membra trahunt.
Ardet & omne nemus circum, ferit æthera planctus,
  Nulla fugæ via, spes nulla salutis adest.

Ut

Ut videt hoc *Venus* ex alto, miseratur Amantum,
Et subito in formas mutat utrumque novas.
Vertitur in plantam *Petus*, *Petumque* vocatur,
In patria, ac nostro nobilis herba solo.
Quoque trucis maneant semper vestigia pœnæ,
In fumum ac flammas ire hodieque juvat;
Et volitare levi semiusta per ora vapore,
Quo docent sortis tristia fata suæ.
Coffia fit pariter teneris arbuscula ramis,
Fertque suas mirà fertilitate fabas.
Et quo supplicii constent monumenta stupendi,
Torreri flammis gaudet & igne coqui.
Et lætantur adhuc cum *Peto Coffia* jungi,
Postque obitum infœlix continuatur amor.
Nec sociam *Galathea* suam, nec *Zaccharis* odit
Utraque post tristem gaudet adesse necem.



T R A A N E N


Gestort op de Lykbus van den Wel Edelen, Gestrengen HEERE, de HEERE

PAULUS VAN GHEMMENICH,

In zijn WelEd[s] Leven, der beider Regten Dokter, en voortreffelijkst mede Advokaat voor den Hove van Frieslant; mede Gecommitteerde ten Algemeenen Lands-Dag, Monster-Commissaris, Fiscaal Generaal, en Bouwmeester van voorsz. Provincie, &c.

Ontslaapen 's nachts tusschen den 7. en 8. en Rouwstaatig bygezet in 't graf sijner Vaderen, in de Hoofdkerk tot Franeker, den 17. van Wijnmaand in den Jaare

CIↃ IↃ CCIV.



Oit heeft schier droefheid zoo mijn' ted're ziel bestelpt,
Waar toe als noch geen troost van menschen baat off' helpt,
Als toen het wreed gerucht het allersmertlijkst sneeven,
En het verhuisen uit deez' tijd, naa beter leven,
Van den HEER GHEMMENICH, mijn edelmoedig Vrind,
Wiens wedergâ ik noit gevonden heb, off vind,

Aan

Aan my verſtendigde. O Dood! moet ge uwe ſchichten
Dan allefins op 't borſt der Grootſte Mannen richten;
Door welks verlies een onherſtelb're ſchâà geſchiedt;
Ik ſchreij, doch ik misgun mijn Vrind den Hemel niet,
O neen: ik hoopte ſlechts dat God noch lange jaaren,
Sijn' ziel ten beſte van ons Land had moogen ſpaaren
Ja 't bundelken van hen, die leeven: maar de doot,
Die ſteeds met effen voet aan Croeſus tooren ſtoot
En Jrus hut, heeft nu aan Weduwen en Weeſen
De beſte Voorſpraak; aan den Staat een noit Volpreeſen,
Wijs Raadsman; aan 't Gemeen haar Luſt en haar Vermaak
Ontrukt. Hy was een on-verzettelijke baak,
Voor hen, die trachten naa een burgerlijk wel-leeven,
Hy was ten grondigſten in 't Heilig Regt bedreeven.
De Staatkund', Dicht-konſt, al wat het Gemeene-Beſt
Der Letteren vereiſcht te weeten was geveſt,
Op 't allerzuiverſt, in ſijn borſt. De Wet der Zeden,
Dit ſpoor ter deugd, wierd van hem nimmer overtreeden;
In 't kort: hy was een HEER, die zienelijk bezat
Al 't geene Themis in haar Heiligdom bevat.
En ſchoonme een volle Zee van Lof komt toe te vloeijen,
'K heb nu geen' krachten om ſchier and'ren naa te roeijen

Door 't wed in 't ruime zog; de doodelijke ſmert,
Waar door mijn ziel te fel geprangd, geneepen werdt,
Benevelt my 't verſtand. Doch zo de tijd mij'n kwaalen
Eens mogt geneeſen, en weêr ademtocht laat haalen;
Zal ik, wanneer Apol met Aganippiſch nat
Mijn diezig brein verfriſcht: uw' dáàn zoo looven, dat
Gy eeuwig, naa uw' dood, in mijn gedicht zult leeven;
Nu kan 'k uw Lykbus niet als naare zuchten geeven;
Die met veel' hikken, ſteeds mijn' veel te flaauwe ſtem
Afbreekende, niet als ſlechts woorden zonder klem
Uitſtamelen. Ik weet wat my mijn plicht komt maanen.
Houd op, Melpomene, 'k ſmelt reeds in heete traanen.

JOAN SANDE. R. G.

E R R A T A.

Pag. 6.	regula ult.		Quenque	Lege Quemque.
17.	r.	18.	niet - - - - -	met
20.	r.	9.	ſila - - - - - -	fila
26.	r.	3.	moneat - - - -	maneat
28.	r.	1.	Ducanus - - -	Ducamus
32.	r.	4.	Spctantur - - -	Spectatur
50.	r.	15.	figutur - - - - -	figitur
96.	r.	4.	eadem - - - - -	eadem
Ibid	r.	5.	Doctoir - - -	Doctior
Ibid	r.	13.	ſtolida - - - -	ſtolidas
Ibid	r.	18.	vocator - - -	vocatur
213.	r.	8	voee - - - -	voce
216.	r.	3.	foliiqui - - - -	foliique

